




WIDENER LIBRARY
HX Q4TZ F


INSIGNIA ACADEMIAE HARVARDIANAE CANTAB: NOV: ANGLIAE
VE RI
TAS
The Gift of
Mary Bryant Brandegee
in Memory of
William Fletcher Weld
HARVARD COLLEGE LIBRARY

CLAUDII RUTILII NUMATIANI
GALLI
VIRI CLARISSIMI

ITINERARIUM

SIVE

DE REDITU

QUAE SUPERSUNT.

CUM

SELECTA LECTIONIS VARIETATE

ATQUE INTEGRIS NOTIS

JO. GEORG. GRAEVII ET THEOD. JANS. AB ALMELOVEEN NEC NON GOTTLIEB CORTII NOTARUM FRAGMENTO IN RUTILIUM

CURANTE

D. JOANNE SIGISMUNDO GRUBER

REIP. NORIMB. CONSILIARIO JUDICIIQUE CIVITATIS ET CONSISTORIALIS NEC NON JUDICII PROVINCIALIS ADSESSORE

QUI ET SUAS ADDIDIT

ADNOTATIONES.

ACCEDIT

JOANNIS CHRISTIANI KAPPII

NOTITIA LITERARIA

ATQUE

INDEX LOCUPLETISSIMUS.

NORIMBERGAE, 1804.
APUD BAUER ET WEIGHT.

V. Brunet. IV. 1469.
Hebenstreit. p: 196.
"Editio critica".
Ebert. No 19644.
Fabric: Bibl: Lat:
[Harles]. Tom: III.
p: 202.
Saxii Onomasticon.
Tom: I. p: 484 — et
Analecta. p: 596.

REVERENDISSIMO, PERILLUSTRI, AC AMPLISSIMO

DOMINO,

DOMINO CANDIDO,

ABBATI LANGHEMENSI,

FAUTORI SUO

AD CINERES USQVE COLENDO,

HANC NOVAM RUTILII EDITIONEM,

TANQUAM EXPLORATISSIMUM INFUCATAE VENERATIONIS SINCERAEQUE MENTIS MONIMENTUM,

OMNI, QUA PAR EST, REVERENTIA

D. D. D.

EDITOR

D. JOANNES SIGISMUNDUS GRUBER,

REIP. NORIMB. CONSILIARIUS ET IUDICII CIVITATIS ET CONSISTORIALIS, NEC NON IUDICII PROVINCIALIS ADSESSOR.

PRAEFATIO.

Quum jam longum temporis praeterlapſum eſt ſpatium, quod Claudii Rutilii Numatiani Itinerarium carmine elegiaco expreſſum lectuque digniſſimum prodiret in lucem, non abs re fore ſum arbitratus, id recudendum curare, ut ne litterarum cupido, hunc poëtam legendi eiusque ſtilum concinnum elegantemque ſibi notum reddendi, deſit copia.

Ne quis in animum ſibi inducat, in hac nova Rutilii editione textum hujus poëtae vulgarem et ſine cura iterum impreſſum ſibi obvium eſſe, hic adferre neceſſarium putavi, me non unam alteramve hujus Itinerarii editionem eſſe ſequutum, ſed collatis praecipuis editionibus novam exhibuiſſe recenſionem.

Selectas

PRAEFATIO.

Selectas varias lectiones textui ſubjunxi, ut cuilibet lectionum tentandarum eligendarumque occaſio ſit; quibus non tantum integras Graevii atque Almeloveenii animadverſiones, nec non Cortii fragmentum notarum in Rutilium, verum etiam meas, quae nunc primum prodeunt, novaeque acceſſionis gratia a me adſperſae ſunt, addidi, neque deſideriis eorum, quibus notitia literaria eſt curae cordique, deſuturus, catalogum Rutilii Itinerarii editionum a Kappio collectum, quem editioni ſuae adjunxit, praemiſi.

Index locupletiſſimus, qui accedit, eſt novus, nec dubito, quin utilitatem adſerat optatam, uſumque libri promoveat.

Quod reliquum eſt, opto, ut haec nova Rutilii editio meaque ei adhibita diligentia latinae linguae cultoribus arrideat, nec plauſu plane ſit indigna.

Dabam Norimbergae d. 17. April. 1804.

IOANNIS

JOANNIS CHRISTIANI KAPPII

NOTITIA LITERARIA

R U T I L I A N A.

DE MSS. RUTILII.

I. MS. BOBIANUM.

Quod repertum est 1494, cum aliis libris, quorum catalogum videre licet apud Volaterranum, in coenobio Bobii, quod oppidum ad Apennini iuga est situm. Vid. *Volaterrani* Commentar. urban. Lib. IV. column. 140. edit. Francof. 1603. qui praeterea addit; „bona pars horum librorum his annis proximis a meo municipe *Thoma Phaedro*, bonarum artium professore, est advecta in urbem.“ Adde Lib. XIX. col. 693.

II. MS. SANNAZARII.

Hoc invenit *Iacob Sannazarius*, sive ut nominari maluit *Actius Syncerus*, cum aliis libris in Gallia, quos recenset Petrus Summontius in praef. ad Ioviani Pontani dialogum, qui inscribitur Actius, in Ioviani Opp. Tom. II. p. 187. ed. Basil.

Ante

Ante Id. Februar. 1503. hos libros inventos fuisse nos docet Iovianus, cuius exstat epistola Opp. eius adiecta Tom. III. p. 555. Id. Februar. 1503. scripta, in qua de libris a Sannazario inventis in hisque de Rutilio tulit iudicium.

Hunc vero Codicem non eundem esse cum Bobiano, ut Burmanno placuerat, in futura editione Kappius ostendere conaturus fuisset, nisi praematura eius mors propositum suum limitibus circumscripsisset.

III. MS. FAERNI.

Ab hoc Rutilium ex Codice quodam editum esse, jam nos docuit Castalio ad Rutil. I. 575. p. 80. ed Almelov. Panvinius enim ex Faerni libro quatuor addidit versus, qui in edd. praecedentibus non inveniuntur.

CATA-

CATALOGUS
EDITIONUM RUTILII
IN TRES AETATES DIGESTUS *).

AETAS I. NATALIS.

A prima editione usque ad annum 1582.

Faernus et Simlerus meritis ſunt hac aetate de noſtro Poëta.

Rutilii editio ſine Commentario conſervatur in Biblioth. Bodleiana. Vid. eius Catal. Vol. II. p. 441...... ſ. a. Neapoli edidit *Petrus Summontius.*

Hanc editionem non eſſe fictam, jam oſtendere operam dedit Hamberger. Barthius, qui certe eam habuit, ſemper vocat editionem veterem. *Summae vero eſſe raritatis, exinde colligere poſſumus; quod Simlerus ſe eam non accepiſſe teſtatur, quum tamen Bononienſem et*

*) Accuratiorem omnium, quae ſibi innotuere, editionum hujus poëtae deſcriptionem deque eorum interpretibus judicium, in majore editione, quam paraverat, b. Kappius dare decrevit. Quibus ſtellula praefixa eſt, eas ad manum habuit. Quaeritur, utrum ſchedas reliquerit, in quibus de hac accuratiore Rutilii editionum deſcriptione aliquid obvium erat, nec ne?

et Romanam haberet. Denique non solum Rutilium et quidem ex Sanazarii MS. sed etiam alios auctores se editurum esse, ipse profitetur Summont. in praef. ad Ioviani Pontani dialogum, qui inscribitur Actius p. 188. *Tom. II. ed. Basil.*

1520. Bononiae, in 4. in aedibus Hieronymi de Benedictis. — Poëma de laudibus Urbis Etruriae et Italiae *Ioannes Baptista Pius* edidit.

1523. Romae, in 4. in aedibus Iacobi Mozochii Ro. Achademiae bibliopolae, decimo Kal. Februarias. Pontificatus Adriani anno secundo. *Inter varios auctores de Roma prisca et nova p.* 640.

1546. Paris, in 8. *Haec editio memoratur in Catal. Bibl. Barberin. T. II. p.* 328.

1558. Venetiis. *In Onuphrii Panvinii commentariis de Urbe, Imp. et Civitate Romana.*

Gabrielus Faernus recensuit Rutilium Haec est Onuphriana I.

*1562. Antverpiae, in 8. Apud Martini Nutii viduam. — *Hieronymi Frascatorii* Syphilidis, sive morbi Gallici Lib. III. Ioseph. Lib. II. Item Carminum Lib. I. Rutilii Claudii Numatiani Galli v. c. Itineraria.

Quia Onuphrii praefatio Rutilio est praefixa et pluribus in locis consentit cum ed. Onuphrii 1597. *Onuphrianam II. vocavi. Nonnullas praeterea habet lectiones, quas postea Simlerus et Castalio suas coniecturas vel emendationes venditarunt. Quis vero huic editioni praefuerit, nescio. In fine invenitur in omnia, quae in hoc libro continentur, opuscula, F. Hadriani Hecqueti epigramma.* Exstat in Biblioth. Acad. Erlangensi.

*1575. Francofurti ad Moenum, in 8. Apud Haeredes Chr. Egen. — Hodoeporica sive Itineraria, a diversis clariss. doctis-

doctissimisque viris, tum veteribus, tum recentioribus (quorum Catalogum sequens indicat pagina) carmine conscripta. Item: Epigrammata de praeclaris Urbibus, studio *Natanis Chytraei*, poetae laureati, et professoris in Academia Rostochiensi publici, in gratiam doctae iuventutis, et peregrinationum avidae, collecta. Cum invict. Caesareae Maiestatis Gratia et Priviieg. ad Octennium *).

Sequitur Onuphrianam. Iis locis, in quibus Var. Lect. invenitur, asteriscus *est adpositus. Vid. e. g. Rutil. I. 112. Rutilius in hac collectione a p. 14-40. invenitur.

1575. Basileae, in 12. *Aethici* Cosmographia, *Antonini Aug.* Itinerarium provinciarum. Ex Bibliotheca *P. Pithoei*, cum scholiis *Iosiae Simleri*. Adduntur: Itinerarii *Antonini Pii* fragmentum, *Rutilii Claudii Numatiani* Itinerarium; *Vibius Sequester*, libellus provinciarum Galliae.

Qualem contextum ediderit Simlerus, me fugit.

1580. Basileae, in 8. ad Perneam Lecythum. — Hodoepericon sive Itinerum totius fere orbis Lib. VII. Opus historicum, ethicum, physicum, geographicum a *Nic. Reusnero* Leorino I. C. iam olim collectum: nunc demum *Ieremiae Reusneri* fratris cura ac studio editum.

Liber rarus. cf. praecipue de hac et altera edit. 1592. Freytag. Adparat. crit. Tom. III. n. C. et CI. p. 370-390.

AETAS

*) *In fine:* Francofurti ad Moenum, ex officina Haeredum Christiani Egenolphi, impensis Adami Loniceri, Ioannis Chipii Doctorum, et Pauli Steinmeiers. M. D. LXXV.

AETAS II. CASTALIONEA.

Ab anno 1582 — 1760.

Ante omnes excelluit hac aetate Castalio, dein Pithoeus, Sitzmannus, Barthius, ab Almeloveen et Burmannus.

1582. Romae, in 8. *Iosephus Castalio* edidit.

Plane novam Rutilii recensionem nobis dedit magnus ille vir, qui iure eius sospitator nominari potest, qui, etsi MSS. destitutus, Bononiensem et Romanam editionem tamen adhibuit et quam plurimis in locis ingenii ope Rutilium dedit emendatiorem. Valde rara editio.

1588. Parisiis, in 8. *In Onuphrii Panvinii Commentar.*

Haec est Onuphriana III.

1590. Parisiis, in 8. (12). Apud Dionysium Durallium. *Petrus Pithoeus* inter poemata vett. recensuit et paucas quasdam emendationes subiunxit.

Quid in contextu mutaverit, equidem nescio, quum, hanc raram collectionem accipere, mihi tam felici esse non contigerit.

*1592. Basileae, in 8. per Cunradum Vualdkirch. — Itinerarium totius orbis, sive opus peregrinationum variarum; in VII. classes distinctum; Historicum, Ethicum, Physicum, Geographicum. Cum auctario et orbis totius divisione: ex recensione *Nicolai Reusneri* I. C. Consiliarii Saxonici et Profess. in Acad. Salana Ordinar. *Secunda Editio.* Cum tergemino indice, Auctorum, Itinerum, Rerum denique et Verborum.

A pag. 170 - 194. *Rutilius invenitur. Hanc* Reusner. II. *vocavi. Sequitur Onuphrianam et Simlerianam editionem. Quas lectiones proprias habet, sunt I.* 321. *et* 325. *Ex* Bibliotheca Patrui mei Vener. *accepi.*

1595.

1595. Ead. cum edit. 1590.

1596. Lugduni, in 8. Sumtu Iacobi Chouet (Genevensis Typographi).

Inter P. Pithoei poematt. vett.

*1597. Francofurti, in fol. Apud Andreae Wechelii Heredes, Claudium Marnium, et Ioan. Aubrium. — *Onuphrii Panvinii* Veronensis, Fratris Eremitae Augustiniani Reipublicae Romanae Commentariorum Libri III. et alia quaedam, quorum seriem sequens pagina indicabit.

A pag. 126-141. *exstat Rutilius. Hanc* Onuphr. IV. *vocavi.* Exstat in Bibliotheca Academ. Erlangensi.

1614. Francofurti. Onuphriana V.

Memoratur in Catalogo Biblioth. Bodlei. Vol. II. pag. 271.

*1616. Lugduni, in 8. Excudebat Nicolaus Iullieron, Typographus Regius. — Claudii Rutilii Numatiani Galli Itinerarium. Cum animadversionibus *Theodori Sitzmani* Thuringi I. C. et Philologi. Cum permissu Superiorum.

Maximam per partem Onuphrianam vel Simlerianam editionem, ut ego quidem arbitror, sequitur. Ex Bibliotheca Academica Altorffina *beneficio Nagelii et Sixtii VV. CC. in usum meum accepi.*

1619. Genevae, in 8. apud Iac. Chouet. Inter Pithoei poematt. vett.

Vid. Catal. Biblioth. Bodl. Vol. I. p. 398. et II. p. 441.

*1623. Francofurti, in 8. Typis Wechelianis, sumptibus Danielis ac Davidis Aubriorum, et Clementis Schleichii. — Claudii Rutilii Numatiani Galli Itinerarium. Sive de Reditu suo Libri II. in Germania numquam editi:

editi: *Caspar Barthius* recensuit, Animadversionum commentarium adiecit.

Textus huius editionis plane e Sitzmaniana est repetitus, ne errores quidem typographici sunt emendati et paginae huius textus illius paginis prorsus respondent.

*1687. Amstelaedami, in 12. Apud Ioannem Wolters. — Cl. Rutilii Numatiani Galli Itinerarium, integris *Simleri*, *Castalionis*, *Pithoei*, *Sitzmanni*, *Barthii*, *Graevii* aliorumque animadversionibus illustratum. Ex Museo *Th. J. ab Almeloveen.*

Sequitur plerumque Barthianam editionem.

1713. Londini, in fol. *In Maittaire Collect. Poet. T. II. p. 1. seqq.*

1721. Luneburgi. a *Christ. Frid. Schmidio.*

*1731. Leidae, in 4. apud Conradum Wishoff et Danielem Goedual. *In Burmanni Poet. Latin. min. Tom. II. p. 1 - 184.*

Interior Rutilii titulus hic est: Cl. Rutilii Numatiani Galli Itinerarium, sive de Reditu in patriam, cum notis integris *Simleri*, *Pithoei*, *Sitzmanni* et *Barthii*, curante *Petro Burmanno*, qui et suas adiecit adnotationes.

Quod ad contextum attinet, paucas ille continet emendationes.

*1741. Altorphii, in 8. Prostat in officina Libraria Academ. — Rutilii Claudii Numatiani Galli Itinerarium. Integris *Io. Georgii Graevii*, *Theod. Ians. ab Almeloveen* animadversionibus *Andreas Goetzius* Norimbergensis recensuit.

In fine: Feliciter: Altorphii, Excudebat Io. Georg. Meyerus Typographus Academicus. CIƆIƆCCXXXXI.

*1743.

*1743. Altorphii, in 8. Prostat in officina Schupfeliana. — Rutilii Claudii Numatiani Galli Itinerarium. Integris *Io. Georgii Graevii, Theod. Ians. ab Almeloveen* animadversionibus *Andreas Goetzius* Norimbergensis recensuit. *Editio secunda.*

In fine: Feliciter: Altorphii, Excudebat Io. Georg. Meyerus Typographus Academicus. cIↄIↄccxxxxIII.

Haec non nova est editio; sed veteri novus tantum titulus praefixus est. Sequitur praecedentes editiones.

1752. Glasguae, in 8. in aed. acad. R. et A. Foulis. — Poetae Latini minores ex editione *Petri Burmanni* fideliter expressi.

AETAS III. DAMMIANA.

Sane acutus hic vir, etsi, ut Castalio, nullos adhibuisset codd. novam classem editionum Rutilii incepit. Multis vero in locis tamen audacior, quam fas erat, fuit.

*1760. Brandenburgi, in 8. Apud I. W. Halle et I. S. Halle. — Claudii Rutilii, Viri Clarissimi, de Reditu suo Libri duo. Accurate recensuit *Christianus Tobias Damm.*

*1760. Brandenburgi, in 8. Apud I. W. Halle et I. S. Halle. — Paraphrasis perpetua Carminum Claudii Rutilii de Reditu Suo. Curavit *Christianus Tobias Damm.*

1786. Erlangae, in 8. maj. Apud Io. Iacob. Palmium. — Claudii Rutilii Numatiani Galli Viri Clarissimi Itinerarium sive de Reditu quae supersunt. — Recensuit varietatem lectionis et Gottlieb Cortii notarum in Rutilium fragmentum addidit *Ioannes Christianus Kappius* e terris Baruthinis. — Accedit *Gottlieb Christophori Harles* Viri Illustris Epistola.

Collatis

Collatis pluribus editionibus novam contextus recensionem exhibuit, nonnullasque coniecturas proprias in textum admisit, quas in praefatione singulatim recenset. Majorem Rutilii editionem paraturus morte praematura pro dolor a proposito suo est retentus. Editor.

1791. Helmstadii, in 8. maj. Apud Fleckeisen. In J. C. Wernsdorfii Poet. Latin. min. Tom. V. qui carmina geographica tenet.

Multi quoque Viri Docti fuere, qui, etsi Rutilium non ediderant, in aliis tamen libris eum castigare et emendare sunt conati. Sic *Leander Albertus*, cuius notae Simlerianis iunctae sunt, eum enucleare studuit. *Heinsius* partim in notis ad Claudianum, partim ad Ovidium, partim aliis in libris tantum Nostro tribuit, quantum vix ullus interpres ei tribuere potuerit. In *Observationibus miscellaneis* (Amstelaed. 1733.) Vol. III. Tom. III. a p. 363-369. et a Crusio in Probabil. Crit. (Lips. 1753.) cap. X. p. 55-63. Rutilii quaedam explicantur vel emendantur loca. Crusium vero valde infelicem in emendandis poëtis fuisse, jam alii viderunt.

Fuere denique, qui Numatianum denuo edere in animo habuerunt. *Gottlieb Kortte* cum notis Variorum et suis emendatiorem Nostrum editurus erat; at morte praematura ereptus, vel gravioribus negotiis retentus non absolvit, quae coepit, eius enim MS., quod apud me est, priores tantum XXVII. versus Lib. I. continet. Patruus meus *M. Ioannes Kappius* in usum scholarum hunc poëtam edere voluit; multis vero occupationibus districtus et temporis penuria impeditus, jam diu propositum omisit. Celeb. *Wernsdorfius*, de litteris bonis et academia Helmstadiensii Professor optime meritus, in eo nunc est, ut

Tom.

Tom. V. Poet. Lat. Min. hunc poëtam adjiciat *). Quantum de diligentia et ἀκρίβεια doctiſſimi Viri nobis promittere poſſimus, teſtes jam ſunt in vulgus editi Tomi IV. Poet. Latin. Min. qui optimi cuiusque ſuffragium tulerunt.

Nihil magis habeo in votis, quam ut omnibus huius poëtae editionibus collatis et circumſpectis κριτικωτάτην recenſionem de iis reddere poſſim. Forſan — ſi Viris Doctis haec mea opera, qualiscunque ſit, non diſplicuerit — aliquando, ceteris editionibus adhibitis, a promiſſis ſtare et interpretis officio defungi melius, licebit.

---

*) *Hoc deſiderium Cel.* Wernsdorfius *jamjam ſentit, Tomus V. Poët. Latin. Minorum enim Helmſtadii* 1791. *in* 8. *maj. ut jam ſupra eſt adnotatum, prodiit, et carmina continet geographica.* Editor.

TESTI

TESTIMONIA ATQUE JUDICIA.

NONNULLA

DE

CLAUDIO RUTILIO NUMATIANO.

LILIUS GREGORIUS GIRALDUS

de Poëtis.

Vidi et ego opuſculum elego carmine compoſitum Rutilii Numatiani Galli, ad *Venerium Rufum hodoeporicon,* non indignum, quod legatur. Sunt enim in eo quaedam cognitione non indigna, ſeu hiſtoriam, ſeu elegantiam petas, ut eſt illud de *Stilicone,* quod parum ex aliis notum eſt, qui, cum contra generum *Honorium* res novas moliretur, Romae Sibillinos verſus cremavit.

Hic ſunt Rutilii verſus *):

Quo magis eſt facinus diri Stiliconis acerbum,
Proditor arcani qui fuit imperii.

Romano

*) Vid. Lib. II. v. 41. ſeqq.

Romano generi dum nititur eſſe ſuperſtes,
Crudelis ſummis miſcuit ima furor.

Tum paullo poſt *):

Ipſa ſatellitibus pellitis Roma patebat,
Et captiva prius, quam caperetur, erat.
Nec tantum Geticis graſſatus proditor armis,
Ante Sibillinae fata cremavit opis.
Odimus Althaeam conſumti funere torris,
Niſaeum crimen flere putantur aves,
Et Stilico aeterni fatalia pignora regni,
Et plenas voluit praecipitare colus.

Quibus et aliis carminibus conjicere poſſumus, eum non multum abfuiſſe ab *Honorii* et *Arcadii* Impp. temporibus. Fuit autem ipſe Rutilius, ut, cum ex eius poëmate, tum ex inſcriptione ipſius apparet, Gallus natione, Vir conſularis, Urbis praefectus, Tribunus militum, et Praefectus praetorio. Imperfectus ipſius itineris alter libellus eſt. Ultra Lunam enim urbem, quae a me viſa ſunt exemplaria, non procedunt.

IOSIAS SIMLERUS.

Hic poëta, quamquam Chriſtianae religionis hoſtis fuerit, ut ex elegis apparet, tamen propter elegantiam dignus eſt, qui emendate et eleganter in publicum prodeat.

CASPAR

*) Lib. II. v. 49. ſeqq.

CASPAR BARTHIUS

Adverſar. Lib. VI. Cap. 12.

Sed et ipſamet urbs cum ſuo Genio inter coeleſtia numina dedicata erat. Cuius cultus et pictura a viris doctiſſimis dudum enarrati ſunt, et verſibus illuſtravit Claudianus. Rutilium Numatianum ea in re diſcipulum habens, qui ad verbum eius heroica elegis non invenuſtis deſcripſit.

IDEM

Lib. XV. Cap. 22.

Sic venuſtus cultusque ultimi aevi poëta Rutilius in laudibus Meſſalae tum celebris, quas non ſine recordatione lectae huius elegiae ſcripſiſſe videtur.

GER. IOAN. VOSSIUS

de Hiſtoriis Latinis Lib. II. Cap. 15.

Ad haec etiam tempora pertinet Claudius Rutilius, ſive Rutilius Claudius Numatianus Gallus, qui ὁδοιπορικὸν, ſive itinerarium ſcripſit libris duobus. Sed poſterioris pars melior deperiit. Fuit vir conſularis, praefectorius urbis, tribunus militum, et praetorio praefectus. Dignitatum earum meminit ipſe his verbis *):

Si non diſplicui, regerem cum Iura *Quirini,*
Si colui Sanctos, Consulvique *patres:*
(Nam quod nulla meum ſtrinxerunt crimina ferrum,
Non ſit Praefecti *gloria, ſed populi).*

Officiis

*) Vide Lib. I. v. 157. ſeqq.

*Officiis *) regerem cum regia tecta magister,*
Armigerasque pii principis excubias.

Dedicavit poëma suum *Venerio Rufio*. Quia vero carmen heroicum respuit *Venerii* nomen, ut in quo tres primae sint correptae: eo maluit hoc pacto eius indicium facere:

*Optarem **) verum complecti carmine nomen,*
Sed quosdam refugit dura regula pedes.
Cognomen versu Veneri *carissime* Rufi,
Illo te dudum pagina nostra canit.

Ubi *Veneri* et vocandi casus esse potest a recto, *Venerius*, ut *Virgili* est a *Virgilius*, et dandi casus a recto *Venus*, ut Rufius divae Veneri carissimus dicatur. Perperam autem, qui *Rufius* est, a quibusdam *Rufus* vocatur: quod allatus versus indicat, atque item iste ***):

Rufius Albini gloria viva patris.

Cuias ille *Rufius* fuerit, et quos gesserit honores, ostendunt ea, quae Rutilius continuo subiungit. Scriptum est hoc poëma post caedem *Stiliconis*, ac Romam ab *Alarico Gotho* captam. Quod satis ex posterioris libri reliquiis cognoscitur. In eo carmine situm locorum attentius consideranti versus quosdam loco suo traiectos esse, non erit obscurum. Carmen est elegans, etiam supra aetatem, qua poëta vixit. Sed in quo, iure optimo, culpes iniquum, ac plane virulentum animum tum erga Christianos, in primis monachos Caprariae, et Gorgoniae

*) Lib. I. v. 563. seq. **) Lib. I. v. 419. seqq.

***) Lib. I. v. 168.

goniae insulae: tum Iudaeos, quorum Sabbatha homini, in pietatis ac religionis negotio, plane caeco, videntur esse.

— — — — *) *lassati mollis imago Dei.*

IDEM

Lib. III. P. IV. Cap. 2.

Ejusdem temporis poëtis ac simul iis, qui describerent terrarum situm, meruit accenseri RUTILIUS CLAUDIUS NUMATIANUS (nisi malis MUNATIANUS) *Gallus*, vir summa dignitate: quippe consularis, praefectorius Urbis, tribunus militum, et praefectus praetorio. A. V. C. CIↃCLXVIII praefecturam Urbis administravit, ut indicat ipse, his versibus Romam compellans **):

Quamvis sedecies denis et mille peractis
Annus praeterea jam tibi nonus eat.

Is annus est CHRISTI CCCCXVII, quo *Honorius* Aug. XI. et Fl. *Constantius* V. C. II. Coss. fuere. Hic de suo itinere carmine elegiaco panxit libros II. ad *Venerium Rufium* (al. Rufinum, sed perperam). Vulgo opus hoc *itinerarium:* at fortasse auctor potius *de reditu* inscripserat. Sua aetate eum in coenobio quodam ad Bobium, Italiae oppidum, inventum esse, ait *Volaterranus*. Vidit etiam *Iovianus Pontanus*, qui et hosce versus laudat ex initio Libri II. (v. 9. seq.):

Inter-

*) Lib. I. v. 392.

**) Lib. I. v. 135. seq.

Intervalla viae fessis praestare videtur,
Qui notat inscriptus millia multa lapis.

Semel duntaxat ante excusum, denuo, sed a *Gabriele Faerno* emendatum, edidit, suisque *reipublicae Romanae commentariis* inseruit *Onuphrius Panvinus*. Hinc cum variantibus lectionibus, quibus loca quaedam emendarentur, *Antonini Itinerario* in Basileensi editione addidit *Iosias Simlerus*, an. cIↃIↃLXXV. Postea Romae castigatior prodiit opera *Iosephi Castalionis*. Poëta est dissertus ac argutus, et pro aetate valde elegans, ac venustus: sed male sentiens de Iudaeis ac Christianis, monachis in primis. Quid mirum in homine gentili? Conf. DEM *de Poëtis Latinis, Cap. III.*

CHRISTOPHORUS CELLARIUS

in Proleg. Cur. Poster. pag. 45.

RUTILIUS CLAUDIUS NUMATIANUS, cujus habemus *Itinerarium*, carmine eleganter perscriptum, sed odium spirans religionis Iudaicae ac Christianae.

CHRISTIANUS GOTTLIBIUS SCHWARZIUS

in Praeceptis MSS. Elegiae scribendae, Cap. I. §. 10.

Inter poëtas minores, uti vocantur, quales A. cIↃIↃLXXXXVI. in epigr. et poemat. vet. edidit *Petrus Pithoeus*, et A. cIↃIↃCCXXXI. *Petrus Burmannus*, eminet CLAUDII RUTILII NUMATIANI *Iter*, genere Elegiaco; sed demum A. C. CCCCXVI. scriptum.

IOAN.

IOAN. NICOLAUS FUNCCIUS

de lectione Auctor. Claſſicor. Cap. III. §. 8. pag. 36.

, Neque ſua laude carent poëtae, qui veterum floſculos metro alligare conſueverunt, atque adeo viriliter aliquamdiu ſeſe barbarorum molīminibus oppoſuere, et ſunt inter alios, SERENUS SAMMONICUS, — — — RUTILIUS CLAUDIUS NUMATIANUS etc.

CLAU-

CLAUDIUS RUTILIUS
NUMATIANUS.

CLAUDII RUTILII NUMATIANI

GALLI V. C.

[PRAEFECTI URBIS, TRIBUNI MILITUM PRAEFECTI PRAETORIO]

ITINERARIUM,

SIVE

DE REDITU SUO

LIBER PRIMUS *)

AD VENERIUM RUFIUM.

Var. Lect.

*) Rutilii Claudii Numatiani Galli Viri Consularis, Praefectorii Vrbis, Tribuni Militum, Praefecti Praetorio Liber primus, cui Titulus Itinerarium ad Venerium Rufium. *Onuphr.* 2. 4. Itinerarii Rutilii Claudii Numatiani Galli, Viri Consularis, praefectorii urbis, Tribuni militum, praefecti Praetorio, Liber primus ad Venerium Rufium. *Chyt.* Rutilii Claudii Numatiani iter Pisanum, ad Venerium Rufium. *Reusn.* Claudii Rutilii Numatiani Galli, V. C. Praefecti urbis, Tribuni militum, Praefecti Praetorio Liber primus. Ad Venerium Rufium. edit. *Sitzm.* et quae illam

 sequun-

ſequuntur *Barth. Almelov. Burm.* Rutilii Claudii Numatiani Itinerarium. — Liber primus ad Venerium Rufium. *Goetz.* Rutilii Claudii, Viri Clariſſimi, de Reditu Suo liber primus. *Damm.* Rutilius *Namatianus* vocatur a Summontio in praef. ad Ioviani Pontani dialogum, qui inſcribitur Actius, p. 187. Tom. II. ed. Baſil. *Naumantianus* a Volaterrano in Comment. Urban. Lib. IV. column. 140. ed. 1603. *Munatianus* mal. Voſſius Lib. III. de Hiſt. Lat. P. IV. cap. 2.

Galli V. C. Recte Ioſ. Caſtalio litteras V. C. accipi non vult pro eo, quod eſſet *Viri Conſularis*, ſed pro *Viri Clariſſimi.* Ea enim aetate Conſularem dignitatem sigillatim exprimere ſolebant, et honor *Clariſſimatus*, quem vocat Caſſiodor. Lib. VII. 38., Senatorum erat atque Praefectorum; imo iſte titulus erat veluti nota quaedam, quae inter honoratos et privatae conditionis homines diſtingueret, cui propterea reliqua honorum nomina addita legimus. Sic apud Gruter. Inſcript. p. 353. n. 2.

Olybrii. V. C.
Consularis. Campaniae
Proconsulis. Africae
Praefecti. Urbis
Praef. Praet. Orientis
Consulis. Ordinarii.

Indidem exempla plura depromere licet. Nec aliter Titulus Boetii, quam Anicius. Manlius. Severinus. Boetius. V. C. Et. Inl. Ex Cons. Ord. Neque Symmachi, qui audit V. C. Et Inlustr. Ex Cos. Ord. Eam notam in Epigrammate Turcii Rufii Aſterii, praefixo Carmini Paſchali Sedulii, Codex Almelovenii omnibus litteris expreſſit *Viro Clariſſimo.* Confer Panciroll. in Notit. Dignit. cap. II. p. 14. Spon. Miſc. Erud. Antiq. p. 186. Noris. de Cenot. Piſ. Diſſ. IV. c. 11. §. 1. *Cortius.*

Praefecti Urbis. Quod non magis certum eſt ex v. 417. collato cum verſu 423. quam ex v. 157. quem vulgo de conſulatu Rutilii, quem tamen nunquam geſſit, intelligunt. Pro Tribuno Militum alii eum potius vocant Magistrum Officiorum ſive Magistrum Palatii, de quo diſputatio ad v. 561. ſeqq. quem locum Barthius de Praefecto Praetorio intellexit. *Gallum* autem natione fuiſſe noſtrum Rutilium, id quidem manifeſto apparet ex v. 20. *Cortius.*

Itinerarium. Secundum certe librum ita, ut voluit Barthius, inſcripſit

inscripsit Onuphrius Panvinius; sed Io. Baptista Pius hunc indicem praefixit: *Poema de laudibus Urbis et Etruriae et Italiae.* Nos vero propter vulgatam appellationem et defectum certae auctoritatis nihil mutare debuimus. *Cortius.*

Ad Venerium Rufium. De *Rufio* itaque *Volusiano* intelligit (*Ios.* nempe *Simlerus*). Sed ego adsentior Castalioni, qui haec delevit, et ista inscriptio ex male intellecto versu 421. videtur profluxisse; saltem nomen *Venerii* nullo modo est tolerandum, uti ibidem docui. Simili prorsus modo olim Propertio *Nautae* cognomen adfictum est, quo de vide Scaliger. ad L. I. eleg. 1. et ad II. eleg. 19. v. 24. *Cortius.* Quam ob rem nomen *Venerii* non tolerandum sit, non plane in aprico est, quia nota, in qua id docuit *Cortius*, nobis deest, et fragmentum suarum notarum saltem v. 28. attingit. Interea neminem conferre poenitebit, quae *Ger. Io. Vossius de Historicis Latin. Lib. II. cap. 15.* de nomine *Venerii* callidissime conjicit. *Gruber.*

---

* * * *quaedam desiderantur.*

Velocem potius reditum mirabere, Lector,
Tam cito Romuleis posse carere bonis.
Quid longum toto Romam venerantibus aevo?
Nil unquam longum est, quod sine fine placet.

O

Var. Lect.

2\. *Quam* alii ex coniect. 3. *celebrantibus* coni Heins. 4. *Nil cuiquam* coni. Cruf. p. 58.

v. 1. *Velocem — bonis.* De titulo nihil dicam, sed quod vir doctissimus *(Barthius)* deesse quaedam ex eo suspicetur, quod τὸ *Potius* nihil habeat, ad quod respiciat, in eo fallitur, quum facile id, cui respondeat, subaudiatur, uti versu 99. et Cicer. VI. ep. VIII. n. 2. *Qui quum mihi suessent aut libenter polliceri; aut etiam negare, et adferre rationem, cur negaret; huic meae rogationi* potius *non continuo responderunt: eodem die tamen etc.* Itaque integer sensus foret. *Tu lector, qui sero me in patriam reverti mirari posses, velocem* potius *mirari debes reditum meum, quum bona Romae et Romae viventium consideraveris:* et hoc modo tam Gallorum quam Romanorum simul iudiciis respondet: illorum, quibus sero; horum, quibus cito patriam revisere videri potuisset. Sed re accuratius pensitata, *Quam* pro *Tam* reponendum existimavi. Ad Romanos enim maxime Carmen suum pertinet, et illos iubet putare, quod cito quidem Romam reliquerit, non vero, quod Roma ipsi ingrata fuerit. Hoc enim est, quod mox pluribus verbis persuadere nititur, quae illi materia fuit in laudes Romae excurrendi. Facile vero mutatio fuit librariis τοῦ *Tam* in *Quam*, praesertim in litteris initialibus; quod aliis etiam exemplis infra patescet. Iam vero per *Potius* et *Quam* talem sensum inferri, ut prius membrum concedatur sive adfirmetur, posterius vero validius negetur, haec tibi probabunt: Cic. IV. ep. III. n. 1. *doleo tamen*

men, te non tuis bonis delectari potius, quam *proditis, quos ducebat, turpi fuga vitae parceret.* Corn. Nep. Alcib. c. IV. n. 1. *postulabat, ut* potius *de praesente quaestio haberetur,* quam *absens invidiae crimine accusaretur,* et sic alii plures, ut et sequiori aetate. Collatio Carthag. 1. Distinct. XVI. *Quos tunc accusare voluerunt* potius, quam *convincere voluerunt.* Sidon. VII. epist. XII. *Si amicitiae nostrae* potius, *adfinitatisque,* quam *personae tuae tempus, ordinem, statum cogitaremus.* Cortius.

Posse carere. me, puta, et alium quemquam. Cic. IV. ep. XIII. n. 18. *Omnes vias persequar; quibus* putabo *ad id, quod volumus,* [me] *pervenire posse,* vide et quae ibi praecedunt. Eleganter autem *Velocem reditum* et *posse carere* coniunguntur, ut verba ista sint vice *Nominis.* Iuvenal. Sat. XI. v. 199.

— *Spectent Iuvenes, quos* clamor *et audax*
Sponsio, *quos cultae decet* adsedisse *puellae.*

P. Chrysolog. Homil. I. Licentiam *dat sepulchro,* corruptioni *posse permittit.* Sic *victoriam* et *vinci* coniungit Cicero XV. ep. XV. n. 5. *Cortius.*

v. 2. *Romam venerantibus.* Lege v. 47. seqq. et quae ibi. Etsi aliquis toto aevo Romae degerit, numquam *tamen* sibi videbitur sero inde raptus, quandocunque relinquere cogatur. Sallust. Catil. c. XXXVI. *Namque duobus Senati decretis, nemo conjurationem patefecerat, neque ex castris Catilinae discesserat,* h. e. *etsi* duo Senatus decreta proposita essent, nemo *tamen* etc. Claudian. II. Rapt. v. 22. *Summa* peremtus, *ima parte viget.* Interrogationem vero negationem inferre, et pueri norunt. Vide Quinctil. VIII. c. V. p. 720. *Idem.*

longum pro diutino, ut versu 27. et adhaeret notio ingrati, ut apud Terent. Andr. V. Sc. VI. v. 13. *Idem.*

v. 4. *Nil unquam long. est, quod sine fine placet.* Amoris desideriive explicat naturam, quae nunquam satiantur, quantumvis longo tempore; quapropter paroemiaco loquendi usus est genere, quod occurrit apud *Pers.* Sat. III. (v. 23. seqq.)

— — *Nunc, nunc properandus, et acri*
Fingendus sine fine rota.

Ab Almeloveen.

Sine fine, i. e. semper et perpetuo tenore. Sidon. Apoll. Carm. XVI. v. 90. seqq.

Quapropter vel te votis sine fine *colentes*
Adfectum magnum per carmina parva fatemur.

Manilius I. Astronom. v. 891.

Funera cum facibus veniunt, terrisque minantur
Ardentes sine fine *rogos.*

Petron. Carm. p. 687. ed. Burm.

Sed

O quantum, et quoties, poſſem numerare beatos,
Naſci felici qui meruêre ſolo,

Qui

Sed ſic, ſic ſine fine *feriati*
Et tecum iaceamus oſculantes.

Saepiſſime tamen omnium Sidonius, ad cuius lib. II. ep. X. p. 154. vide Io. Savaronem. *Cortius.*

v. 5. *O quantum et quoties.* In Ortographia diſſentit Manutius, Lipſius, Barthius infra ad v. 323. et plerique omnes hac aetate. Lapidum etiam auctoritatem Caſtalioni opponere poſſumus. Sed tota iſta ſcriptura illis ſaeculis adſcribenda eſt, quibus etiam *Theſauros* et ſimilia exararunt. Ceterum *quantum* dixit beatos pro *quam,* uti Tibull. III. El. IV. v. 51.

Tantum *cara tibi,* quantum *nec filia matri.*

Quoties vero ad eum loquendi modum ſpectat, quo *terque quaterque* beatum vocant feliciſſimum. Simili numero Claudian. ad Sidon. IV. ep. 11. init. *Si poſſibile factu eſſet, ut te dominum meum, vel* aliquotiens aliquantulum *convenirem.* Adde infra v. 328. *Idem.*

numerare beatos. beatiſſimos *memorare, laudare,* pro felicibus habere, aeſtimare. Sic Ovid. Triſt. III. et Cicero, ut docui ad XII. ep. II. n. 10. Petroccor. 1. Vit. Mart. v. 26. ſeqq.

Praecluſa eſt tanti ſublimis gloria facti,
Sed meritum, numerante Deo, *qui velle probavit.*

Sic et Martialis IV. Epigr. XL.

Et docti Senecae ter numeranda *domus.*

h. e. valde memoranda, ut quidam volunt interpretes; nec male. *Idem.*

v. 6. *Naſci felici qui meruêre ſolo.* Feliciſſimos praedicat, quibus naſci contigit in religione tali, quae viris culta fuit eruditiſſimis, ſcatetque ſapientiſſimis, a quibus regionis omniumque hominum pendet vera felicitas et beatitudo; tales olim habebantur multae provinciae in Graecia, Italia, immo Aegypto, aliaeque in orbis terrarum partibus ſitae; praecipue autem et urbes, quas inter omnes famigeratiſſima ſemper Roma fuit, unde et verſ. 11. felices etiam exclamat, qui vel proxima primis munera erant adepti, obtinuerantque Latias domos. *Ab Almeloveen.*

Qui meruêre, i. e. quibus datum eſt, contigit. Plin. I. Ep. VIII. n. 14. *Nec, ſi* caſu *aliquo non* ſequatur *gloria, idcirco quod gloriam non meruit, minus pulchrum eſt,* Spartian. Adrian. c. IV. *Secundo Conſul favore Plotinae*

Qui Romanorum procerum generosa propago
Ingenitum cumulant urbis honore decus!

Semina

tinae factus, totum praesumptionem adoptionis emeruit. Minuc. Fel. c. VI. n. 1. *qui in ipsius mundi natalibus* meruerunt *Deos vel faciles habere, vel reges.* Sedulius V. 316. de die Dominica:

— dies, culmen qui nominis alti
A domino dominante trahit, primusque videre
Promeruit *nasci mundum, atque resurgere Christum.*

Sulpic. Sever. Dial. II. cap. VI. extr. *ista non tantum audisse contenta, sed et* meruit *servire sapienti.* Et sic quidem hic et reliqui Ecclesiastici saepissime, quod aliis iam notum. *Cortius.*

Nasci felici - solo. Hinc et *Horat.* Lib. III. Carm. 3. v. 13. seqq. Romam principem urbium vocat et honori ducit, a Romanis inter poëtas referri:

Romae principis urbium
Dignatur soboles inter amabiles
Vatum ponere me choros:
Et iam dente minus mordeor.

Gruber.

v. 7. *Romanorum procerum.* Intelligit illos per *Proceres Romanos,* qui in prima republica virtute multisque laudibus illustres fuerunt, quorum *posteri* gratulari sibi poterant, quod ex tam clara stirpe hominum nobilissimorum descenderent. Ausonius Parentab. VIII. 1.

Qui proceres *veteremque volet celebrare Senatum.*

Aurel. Vict. Caesar. c. I. *mox* Procerum *consulto Augusti cognomento dictus.* Epitom. c. XXXIV. *Ea res sic erat cunctis grata, ut in curia imaginem auream* proceres *sacraverint.* Claudian. II Stilic. 331.

— — Romuleas leges remeasse fatemur,
Quum procerum *iussis famulantia cernimus arma.*

Vnde vides, quam apte de prisco Senatu dicatur. Neque vero Ausonius veritus est *Caesareos proceres* dicere Caesar. init. Sed notanda hic etiam elegans ἐπεξήγησις: *Qui ut priscorum Heroum generosa propago.* Spartian. Caracalla c. VI. Qui praefectus *legionis II. Parthicae militabat.* Lucan. V. 333.

Vos defecta senes *exhaustaque sanguine turba*
Cernetis nostros iam plebs Romana triumphos.

Sallust. Cat. c. XLII. *Murena,* qui *ei provinciae legatus praeerat.* Cortius.

Propago idem quod soboles. *Gruber.*

v. 8. *Ingenitum decus.* Decus suum, quod *ab illustri genere* habent, cumulant honore Urbis, ut maiores habeantur, quod *Romae*

Semina virtutum demiſſa, et tradita coelo,
Non potuêre aliis dignius eſſe locis.

Felices

mae vivant, loco optimo quoque digniſſimo, quod mox v. 9. 10. indicat, et quo virtutes omnes cunctaque decora inveniunt *latiſſimum templum,* Caſſiodor. I. Ep. XXXIX. Eadem fere elegantia Ovid. I. Pont. Ep. II. init.

Maxime, qui tanti menſuram nominis imples,
Et geminas *animi nobilitate* genus.

Non adſecuti ſunt vim vocis *ingenitum* viri docti, quam ex Sueton. Neron. c. I. extr. diſcas: *Plures e* familia *cognoſci referre arbitror: quo facilius adpareat ita* degeneraſſe *a ſuorum virtutibus Nero, ut tamen vitia cuiusque quaſi* tradita *et* ingenita *retulerit.* Sic Seneca V. de Benef. c. XVI. *vetera et* ingenita *odia* gentis dixit, cuius maiores iam infeſtiſſimi fuerunt Romanis. *Cortius.*

v. 9. *Semina virtutum demiſſa et tradita coelo.* Elegantiſſime *Socrates* apud *Platonem in Menone pag.* 99. *Tom. II. Edit. H. Steph.* Ἀρετὴ ἂν εἴη οὔτε φύσει, οὔτε διδακτόν· ἀλλὰ θείᾳ μοίρᾳ παραγίγνεται. i. e. *virtus omnino neque natura, neque diſciplinae inſtitutis ullis atque doctrinae exſtiterit: ſed divinae cuiusdam ſortis numine, absque humanae mentis providentia atque induſtria; iis accedit, quibus accedit.* Innata autem ea ſemina dicit Seneca Epiſt. CVIII. *Omnibus enim natura fundamenta dedit, ſemenque virtutum.* Quinctilian. Inſtit. Orat. Lib. II. cap. 20. *Et ſi virtutes ſunt, ad quas nobis etiam ante, quam doceremur, initia quaedam ac ſemina ſunt conceſſa natura, ut ad iuſtitiam, cuius ruſticis quoque ac barbaris apparet aliqua imago.* Ab Almeloveen. Add. Cicer. ad Attic. *Semina virtutum in animis.* Gruber.

Semina virtutum. Eſſe in hominibus coelitus demiſſa virtutum ſemina ſcribunt auctores, quae uſu bonarum rerum deinde excreſcant. Caeſar. Germanic. Arat. 132.

Aerea ſed poſtquam proles terris data, nec iam
Semina virtutis *vitiis demerſa reſiſtunt.*

Barth. Adverſ. XXII. c. XVII. et XXIX. c. V. Silius Ital. XV. 71. ſeqq.

Cui ratio et magnae coeleſtia ſemina *mentis*
Munere ſunt conceſſa Deûm?

Sidon. Apoll. VIII. ep. VI. *Namque* virtutes *artium iſtarum ſeculis potius priſcis ſeculorum rector* ingenuit. *tradita coelo,* quae

eodem

Felices etiam, qui proxima munera primis
Sortiti, Latias obtinuere domos.
Relligiosa patet peregrinae curia laudi,
Nec putat externos, quos decet esse suos.

Ordinis

11. *Felicis* Barth. *Err. typ.* 13. *Religiosa* al. cf. infra 390.

eodem redeunt. Val. Flaccus III. 381.

Exigere hinc animas reditura-que semina coelo.

Cortius.

v. 11. *proxima* munera *primis.* Proxima illis, qui Romae nati beneficia sortiti sunt. Sic. v. 443.

Munera *fortunae metuunt, dum damna verentur.*

Auson. Mosella 153.

Sollicitentque vagos Baccheia munera *visus.*

Curt. IV. c. VIII. n. 13. *Quum repente, sive illud Deorum munus, sive casus fuit; obductae coelo nubes condidere solem.* Quae propter v. 55. necessario monenda fuerunt. *Cortius.*

v. 12. *Latias obtinuere domos.* Recte ille (Barthius) et pessime Sitzmannus, qui de *iure civitatis R.* ista intelligere voluit. qui vivunt in Latio et *prope* Urbem, illi *proximi* sunt felicissimis. *domos* ita dixit pro *sedibus*, ut Ovidius III. Metam. v. 636.

Naxon, ait Liber, cursus advertite vestros:
Illa mihi domus *est: vobis erit hospita tellus.*

Cortius.

v. 13. Relligiosa *Curia.* Quidni *religiosa*, quam Cicero pro Milone c. XXXIII. vocat *Templum* sanctitatis, *amplitudinis, mentis, consilii publici, caput urbis, aram sociorum, portum omnium gentium, sedem ab universo populo concessam uni ordini.* Et quamquam sub Augustis multum dignitatis et venerationis amiserit, optimi tamen principum honorem eius acerrime propugnarunt. *Cortius.*

Patet peregrinae laudi. Peregrini etiam in Senatum leguntur et *honores* Romae gerere possunt. Dictum ut Claudiani illud Cons. Mallii 262. *Ingeniis* patuit *campus.* Iustin. II. c. IV. *Graecorum non tam bellis, quam rapinis* patere. De re optime Claudian. II. Stilic. 122.

— — lectos ex omnibus oris
Evehis, et meritum, non quae cunabula quaeris;
Et qualis, non unde satus.

peregrinae laudi i. e. peregrinis *ad laudem*, pro more poëtarum, de quo ad 418. *Cortius.*

Ordinis imperio, collegarumque fruuntur,
Et partem Genii, quem venerantur, habent.

Quale

15. *ingenio* coni. Burm. *collegatuque* Graev. 16. *quam* Castal. in not.

v. 15. *Ordinis imperio, collegarumque fruuntur. Ordinis imperium* quid sit, nemo potest ignorare, nimirum Consulatus, ut recte *Iosephus Castalio*. Ordo enim senatus dicitur κατ' ἐξοχήν. Sed quid sit *imperium collegarum*, fateor me ignorare. Puto *Rutilium* scripsisse, *collegatuque fruuntur. Collegatu ordinis fruuntur*, hoc est, adsciscuntur in ordinem Senatorium, fiunt collegae senatorum. Vox haec, licet sit μονήρης, repudianda tamen non est, sententia eam postulante. Ponitur autem pro collegio, quod est *Societas collegarum in uno honore positorum*, ut recte Papias. *Graevius.*

Ordinis imperio Collegarumque fruuntur. Nescio cur adeo Castalio ac Graevius apertum sensum turbent. *Ordinis imperium* est imperium Senatus, h. e. quod in Senatu geritur: *Collegae* autem *Ordinis* sunt Praefecti, ceterique Comites, Viri illustres, et quicunque *cum imperio* fuerunt sub Imperatoribus, libera re publica incogniti. Hi Collegae Senatus recte vocantur, poterant enim in Senatu sententiam dicere, connumerabantur inter Senatores. Vide Novell. Constit. LXII. propter quam arctissimam cum Senatu coniunctionem *Curiae* etiam *Aulicae* titulus invasit, et *Curia* saepius de *Aula* dicta est. Et quoniam ipsi Principes interdum Consulatum gessere, ac propterea pro *Sociis* Senatus habiti sunt, Claudian. I. Eutrop. 486. Cons. Mallii 258. Cur non Comites eius *Collegae* Senatus dicerentur? Facessat igitur Graevii *collegatus*, et Castalionis etiam *Ordinarium imperium*, integraque sententia retineatur. *Cortius.*

v. 16. *Et partem Genii, quem venerantur, habent.* Claudiani locum addam ex VI. Cons. Hon. 611. quem respexisse Noster potuit:

O quantum populo secreti numinis *addit*
Imperii praesens Genius.

Adde infra 328. et de *Geniis loci*, inscriptiones apud Gruter. pag. 5. et 105. et quae collegit Freinshem. ad Curt. III. c. VIII. n. 22. La Cerda ad Virgil. Aen. VII. 136. *Cortius.*

Quale per aethereos mundani verticis axes
Connubium summi credimus esse Dei.
At mea dilectis fortuna revellitur oris:
Indige-

18. *summis Diis* coni. Barth. 19. *refellitur* Barth. ex err. typ.

v. 17. *Quale - Dei.* Adpositae huius similitudinis hic est sensus: Quemadmodum in coelo sidera a sole, per quoddam veluti connubium, *partem* lucis accipiunt; sic peregrini Romae partem Genii, quem venerantur, habent. *Solem* summum Deum vocat, quia omnia sidera pro *Diis* habita, quorum sol modo pater, modo Rex esse dicitur. Docent hoc non Orpheus magis, Proclus, Homerus, Capella, quam inscriptiones bene multae

Soli. Deo.
Soli. Invicto. Deo.

et aliis titulis positae, vide Gruter. p. 31. 32. 33. adi in primis Iani Dousae F. Not. ad Tibull. II. Eleg. 1. c. IV. p. 563. seqq. credimus dixit Rutilius, quoniam diversae erant de stellarum cum sole coniunctione opiniones, quarum alia proprium illis lumen attribuebat, alia mutuare illud a sole statuebat, vide Senec. VII. Quaest. Nat. c. I. *connubium* dixit, qua eadem translatione connexionem inter animam et corpus coitum et coniugium dixit Lucretius III. 857.

Nihil tamen hoc ad nos, qui coitu coniugioque
Corporis atque animae consistimus uniter apti.

mundanus denique *vertex* est coeli medium, quod recte vidit Castalio, et nihil hic quidem refert, sive *mundum* vulgari notione, sive pro *coelo* accipias, de quo significatu vide Taubmannum ad Virgilii I. Georg. 5. Heins. ad Ovid. II. Metam. 157. Apulei. de Deo Socrat. p. 43. *Hos namque cunctos Deos, in sublimi* aetheris vertice *locatos, ab humana contagione procul discretos, plurimi, sed non rite, venerantur.* Stat. X. Thebaid. 918.

— sed quum in media vertigine mundi
Stare virum insanasque vident deposcere pugnas.

Cortius.

v. 19. *At mea - oris. Mea fortuna* non simpliciter pro *ego* ponitur, sed significat *status meus*, qui *forte* talis est, ut Roma sit relinquenda, dum *praefectus*, *praetor*, vel alio nomine in Galliam mittor provinciae corrigendae.

Indigenamque suum Gallica rura vocant;
Illa quidem longis nimium deformia bellis;

Sed

dae. vid. v. 28. Sic Ovid. IV. Pont. Ep. XII. 5.

Lex pedis officio fortuna*que*
nominis obstant.

Sic omnes, praeter unum, Codices, h. e. nomen *forte* tale, ut legem pedis non recipiat. Lucan. III. 169.

Interea totum Magni fortuna
per orbem
Secum casuras in proelia moverat urbes.

Sic idem ille saepe *mea fata, huius* vel *illius* fata, et quae sunt similia. *Cortius.*

v. 20. *Indigenamque suum.* Indigena proprie Advenae opponitur, uti apud Tacit. Agric. c. XI. *Ceterum Britanniam qui mortales initio coluerint indigenae, an advecti, parum compertum.* et sic idem XI. Ann. c. XXIII. et Auct. de Orig. G. R. c. III. Sed pro quocumque *in Gallia nato,* sive *Gallo* accipi potest, uti Columella I. de R. R. c. VII. *L. Volusium adseverantem audivi, patrisfamilias felicissimum fundum esse, qui* colonos indigenas *haberet, et tamquam* in paterna possessione natos *iam inde a cunabulis longa familiaritate retineret.* *Gallica rura,* h. e. Gallia, ut Lucan. II. 429. Gallica rura *videt.* Cortius.

Indigenamque suum Gallica rura vocant. Rutilius hic de reditu suo in patriam loquitur, Gallus enim erat, vicemque suam dolet, revelli dilectis oris Italiae, cum antea Romae vitam degeret. *Gruber.*

v. 21. *Illa quidem - bellis.* Sidon. Carm. V. 357.

— — *mea* Gallia *rerum*
Ignoratur adhuc dominis, ignaraque servit.
Ex illo multum periit, quia
principe clauso
Quidquid erat miseri diversis
partibus orbis
Vastari *solemne fuit.*

Carm. VII. 220.

— — *variis incussa procellis*
Bellorum *regi* Getico *tua* Gal-
lia *pacis*
Pignora iussa dare est.

mox 297.

Et caput hoc sibimet solitis
defessa ruinis
Gallia *suscipiens*, Getica *pallebat ab ira.*

ubi Zosimum, Freculphum, Prosperum et reliquos historiae eius temporis conditores iam citavit Io. Savaro. *Deformia* eleganter uti Cicero IV. ep. 9. et pro Quint. c. XXX. deformata *atque ornamentis omnibus spoliata.* Virgil. XII. Aen. 804.

— — *in-*

Sed quam grata minus, tam miseranda magis.
Securos levius crimen contemnere cives.
Privatam repetunt publica damna fidem.

Prae-

— — *infandum accendere bellum*
Deformare *domum et luctum miscere hymenaeos*
Salluſt. Iug. c. XIV. 7. *Nunc deformatus aerumnis alienas opes exſpecto.* Cortius. Adde Martial. Lib. IV. Epigr. 79. v. 9. ſeqq.
Haec faciant ſane iuvenes: deformius Afer
Omnino nihil eſt ardelione ſene.
eundem Lib. VII. Epigr. 74. et Lib. IX. Epigr. 79. et Ovidium
Nec male deformet *rigidos tonſura capillos.*
Gruber.

v. 22. *quam* grata *minus*, i. e. amoena et primo adſpectu gaudia ciens. Vaſtitas enim maxime patriae ingrata, etſi patria ſemper alioquin *gratiſſima tellus.* Sic *gratiam ruris* dixit Corn. Sev. Aetna 15. et *gratiam verborum* Propert. I. El. II. 29. alii alia. *Cortius.*

v. 23. Securos - *cives*, i. e. per quietem et pacem incolumes. *Sine cura* viventes, quomodo Tacitus ſaepe, ut II. Annal. Securi *omnes aliena ſubſidia exſpectabunt*, vide omnino Pichenam ad Tac. Agric. c. XLIII. p. 494. ed. Gruteri. Hoc ſignificatu Tibullus II. El. I. 46. *ſecurum merum* dixit, quod *curis ſolvit.* Valer. Max. VII. c. I. n. 2. ſecuritate *ridens tugurium*, et mox: *ubinam ſolida et* ſecura *eſſet felicitas, didicit.* Cortius. In eodem ſenſu ſecurus etiam occurrit apud Ovidium I. Metam.

Mollia ſecurae *peragebant otia* gentes.
i. e. malorum impendentium cura vacantes gentes terebant tempus mollibus *h. e. dulcibus jucundisque* otiis. *Gruber.*

contemnere, i. e. minus curare, deſerere, ab eo quod praecedit, id quod ſequitur Figura. Vide notam ad Cic. III. Ep. VI. n. 3. p. 117. Sic Cicero *contemnere voluptatem* pro deſerere et rejicere dixit. Corn. Thraſyb. c. II. *Neque vero hic non* contemtus *eſt primo a tyrannis, atque eius ſolitudo: quae quidem res et illis* contemnentibus *perniciei, et huic deſpecto ſaluti fuit.* Sic et illud: *Vitam ſuam qui* contemſerit, *alienae dominus eſt.* Cortius.

v. 24. Privatam repetunt *fidem Privatam*, Rutilii nempe ſigillatim fidem repetunt. Hac notione enim ea aetate vox *privatus*, *Princips* opponebatur, ut etiam de illis diceretur, qui *cum impe-*

rio

Praesentes lacrimas tectis debemus avitis.
Prodest admonitus saepe dolore labor.
Nec fas ulterius longas nescire ruinas,

Quas

26. *admonitis* (scil. civibus) coni. Burm. *favor* pro *labor* legit sed male Heins.

rio aut maximis dignitatibus ornati essent. Tacit. I. Hist. c. XLIX. *Maior* privato *visus*, *dum* privatus *fuit, et omnium consensu capax imperii, nisi imperasset.* Plin. II. Ep. I. *Perfunctus est tertio* consulatu, *ut summum fastigium* privati *hominis impleret, quum* principis *noluisset.* Sic Sueton. Neron. c. XXI. *privata spectacula* dixit a *magistratibus*, non principe edita. Vide ibi Torrent. et Casaubonum (*nec non Perizonium,* [Gruber],) praeterea Cuper. ad Lactant. de mort. persec. c. XVIII. pag. 172. quod monui, ne quis ex hoc loco in errorem inducatur, quasi nullo cum imperio Rutilius in Galliam reversus esset, aut *privatam* fidem, denegatam, adhuc male et contra genium linguae interpretetur. *Repetere* aptum verbum debitis, quod ostendi ad Cic. XI. Ep. XXVIII. n. 17. nec multo aliter Ausonius Profess. Epigr. XIX. 7.

Quamvis externa tamen a regione reducit,
Te patria, et civem morte obita repetit. *Cortius.*

v. 26. *Prodest admonitus - labor. Admonere* est verbum valde efficax, et cum quodam aculeo in eiusmodi rebus coniunctum est. Vid. Cic. V. Ep. II. n. 28. Ovid. Remed. Am. 729.

Admonitu *refricatur amor.*

Sed in verbo *Prodest* valde laborat Barth. XXV. Advers. c. XV. quum potius genus dicendi plane penitus Poëticum consideratione eguisset. *Prodest* enim *admonitus labor* est integro sensu: *Prodest admoneri laborem, et labor admonitus prodest.* Sic Virgil. II. Aen. 377.

Sensit medios delapsus *in hostes.* h. e. Sensit se delapsum esse, et quidem non prius, quam delapsus esset, sensit. Sic Livius XXXIV. c. XXIX. miserat *ad legatum Romanum,* traditurus urbem, h. e. miserat, se traditurum, et tam, quam traditurus miserat. De re cum nostro componere potes Symmach. IV. ep. XI. *animum natura desidiosissimum,* dolor *fletu gravidus* accendit. *Cortius.*

v. 27. longas *nescire ruinas* i. e. diutinas et crebras, quod historici testantur. Sic Valer. Flacc. II. 386. *longa pax* et multi alii. Claudian. III. Stilic. Praef. 17.

Quum

Quas mora ſuſpenſae multiplicavit opis.
Iam tempus, laceris poſt longa incendia fundis
Vel paſtorales aedificare caſas.
Ipſi quin etiam fontes, ſi mittere vocem,
Ipſaque ſi poſſent arbuta noſtra loqui,
Ceſſantem iuſtis poterant urgere querelis,
Et deſideriis reddere vela meis.

Iamiam

34. *reddere* pler. vett.

Quum longi *Libyam tandem*
poſt funera belli
Ante ſuas moeſtum cogeret
ire rotas;

Auſonius Epitaph. XXXVII. 3.

Iamque diu monumenta vocant
ſitque iſta querela
Longior + *et veniat ordine*
quisque ſuo.

ubi nihil mutandum: ſignificat enim *diutius eandem querelam audiri, ſaepiusque repeti deberi.* Noſter mox *longa incendia,* ut ſupra 3. 4. *Cortius.*

v. 28. *mora ſuſpenſae - opis* Plura Vinetus ad locum Auſonii Parent. XXIV. 11. Panciroll. ad Notit. Dign. Or. c. XCIX. Guther. de Offic. Dom. Aug. 1. cap. VII. *Cortius.*

v. 30. *aedificare caſas,* etiam apud Horat. Lib. II. Serm. Sat. 3. v. 247. ſeqq. occurrit:

Aedificare caſas, ploſtello
adjungere mures,
Ludere par impar, equitare in
arundine longa,
Si quem delectat barbatum
amentia verſet.

et apud Tibullum. Lib. II. Eleg. 1. v. 23. ſeq.

Turbaque vernarum, ſaturi
bona ſigna coloni,
Ludet, et ex virgis extruet
arte caſas. Gruber.

v. 34. *Et deſideriis reddere vela.* Ita plurimae editiones, ſed male, rectius Caſtalionis *addere.* Ab Almeloveen. *Deſideriis addere vela meis* idem quod deſideria citius lenire mea. *Gruber.*

Iamiam laxatis carae complexibus urbis
Vincimur, et ſerum vix toleramus iter.
Electum pelagus, quoniam terrena viarum

Plana

35. laxatus - *laxatis* Burm. approbante - *luxatis* al. *luctati* coni. Almelov. Crusius vero hos verſus ſic legebat:
Quamquam laſſati carae complexibus Urbis
Vincimur, ut ſerum vix toleremus iter.
36. Forſan *at.* coni. Kappius. 37. Forſan *Electum eſt.* Kapp.

v. 35. *Iamiam laxatus carae complexibus urbis.* Caſtalio legit *laxatis*, quod minus placet, quam *laxatus*, ſiquidem planior ſenſus eſt, *laxatus* enim *curis* dicit Cicero; ſed legere nonnunquam volui *luctati*, quod opponitur *vincimur*, quaſi diceret, diu poſtquam ſumus luctati complexibus, tandem vincimur; et ne abſurda videatur noſtra lectio, ſcias Plinium dixiſſe *luctari complexu*, quem potuit imitari. Poſſes ſenſu bono legere *laxatis*, optimo fortaſſis *laxati*. Ab Almeloveen.

v. 36. *Et ſerum vix toleramus iter.* Referri poteſt vel ad nimis diuturnam a patria abſentiam, quae indigenam ſuum revocat, vel, quae veriſimilior ſententia, ad tempus hibernum, quo iter demum hoc ſuſcepiſſe videtur. Auctumo enim, qui mobilitate fugae tutior ei habebatur, adulto navem aſcendit, ait ipſe verſ. 183:

Et iam nocturnis ſpatium laxaverat horis
Phoebus chelarum pallidior polo:
Cunctamur tentare ſalum, portuque ſedemus,
Nec piget oppoſitis otia ferre moris,
Occidua infido dum ſaevit gurgite Plias
Dumque procelloſi temporis ira cadit.

Quare autem hanc potius viam, quam terreſtrem elegerit, ipſe hiſce verſibus (35—42.) rationem reddit:

Electum pelagus, quoniam terrena viarum
Plana madent fluviis, cautibus alta rigent.
Poſtquam Tuſcus ager, poſtquamque Aurelius agger
Perpeſſus Geticas enſe vel igne manus,
Non ſilvas domibus, non flumina ponte coercet,
Incerto ſatius credere vela mari.

Idem.

Plana madent fluviis, cautibus alta rigent.
Postquam Tuscus ager, postquamque Aurelius agger
Perpessus Geticas ense vel igne manus,
Non silvas domibus, non flumina ponte coercet,
Incerto satius credere vela mari.
Crebra relinquendis infigimus oscula portis,

38. *pluviis* mal. Heins. 39. *Post quamquam* al. *Aurellius* al. *ager* al. *Postquam Taurellius agger* orae Cod. adscripserat vir quidam doctus. vid obs. miscell. 41. *villas* mal. Heins. 43. *relinquendis* Onuphr. 4. ex err. typ.

v. 43. *Crebra relinquendis infigimus oscula portis.* Osculum ab ore ita dictum, velut a suavitate suavium, teste Nonio Marcello atque Festo; habitum semper fuit civilis honor, (Drusius *Observ.* I, II, 16.), atque signum summae observantiae et amoris, quo quaevis nos persequi, cui illa figuntur, ostendimus; quapropter ea rectissime officiorum (Donat. *ad Terent.*) et religionis (Serv. *ad Virgil. Aen. I. v.* 260.) dicuntur. Non mirum itaque, quod non solum hominibus, verum etiam rebus inanimatis, et saepe abiectissimis, subiectionis signum ut ostendatur, ea solemus infigere, quod summa in consuetudine antiquis fuisse, ex eorum monumentis colligere licet. Romanis, Graecis, quin et Hebraeis ritum osculandi discessuris communem fuisse patet, Genes. XXXIII, 55. I. Reg. XIX, 19, 20. Unde osculari pro valedicere apud eos reperiri observavit Drusius (*Miscell. Cent. I. cap.* 60.) Persas cognatis discessuris oscula dedisse Xenophon *Lib. I. de Cyri Instit.* auctor est. Romani vero religiosiores in hisce haberi possunt, cum eos oscula a foro redeuntibus praebuisse apud Casaubonum *in notis ad Suetonium Lib. I. cap.* 13. animadvertimus. Plura de osculis qui velit, legat, Iacobum Lydium *Flor. Spars. ad Pass.* I. c. *pag.* 19. *et seqq.* et, qui nimis prolixe fere eam elaboravit materiam, Martinum Kempium, operis polyhistorici *de osculis* Dissertation. XX, quae est *de osculis valedictoriis.* Ab Almeloveen.

Inviti superant limina sacra pedes.
Oramus veniam lacrimis, et laude litamus,
In quantum fletus currere verba sinit:
Exaudi regina tui pulcherrima mundi,
Inter sidereos Roma recepta polos,
Exaudi genitrix hominum, genitrixque Deorum:
Non procul a coelo per tua templa sumus.
Te canimus, semperque, sinent dum fata, canemus,
Sospes nemo potest immemor esse tui.
Obruerint citius scelerata oblivia solem,
Quam tuus ex nostro corde recedat honos.

Nam

45. *Oramus veniam: lacrumis et laude litamus* distinxit Burm. 52. *Hospes* coni. Cuperus in Observat. Lib. II. cap. 6. p. 194. ed. Lips. 53. *celatum* coni. Heins.

v. 46. *In quantum.* Quod latine dicatur *in quantum* toto *capite* LXX. *Coniectaneorum* adstruit Ptolemaeus Flavius. Macrob. Saturn. 1, 2. *in quantum potero animo repetam.* Idem.

v. 50. *Non procul a coelo.* Templa plerumque in loco excelsiori quam domus collocabantur, unde et coelo erant quasi propiora; prima enim Urbis pars in vallibus, palatium vero in monte erat positum, uti ad Virgil. Aen. IX. v. 244. notavit Servius. *Idem.*

v. 52. *Sospes nemo potest.* Romam poëta alloquitur, quam se semper carmine frequentaturum ait, et addit, nullum sospitem posse esse immemorem: at, qui nasum habet, videbit continuo τὸ *sospes* a mala manu esse: lego,

Hospes nemo potest immemor esse tui.

Hospes scilicet, qui Romae habitaverit, ut ipse, Gallia enim oriundus Romae urbis praefecturam administravit, et ibi desedit. Cuperus *Observat. Lib.* II. *cap.* 6. Idem.

Nam solis radiis aequalia munera tendis;
Qua circumfusus fluctuat oceanus,
Volvitur ipse tibi, qui continet omnia, Phoebus,
Eque tuis ortos, in tua condit, equos.

To

55. *munia* legebat Barth. in Adversar. Lib. XXII. cap. 17. *moenia* Barth. teste Burmanno. *fundis* mal. Graev. et Broukhus. ad Tibull. II. 5, 59. p. 263. *aequali munere pensas* mal. Burm. *bracchia tendis* libri orae adscripf. vir doct. vid. obs. misc. 58. *ortus* al.

v. 55. *Nam solis radiis aequalia munera tendis.* Si sic scripsit Rutilius, non tam ad imitationem saeculi optimi, quam ad morem sui temporis scripsit. Sententia haec est: tu Roma, extendis tua munera seu beneficia aequalia solis radiis, tam late quam solis radii orbem illustrant. Munera in eadem notione accipio, ut in illis locutionibus accipitur, *facere sui muneris seu beneficii*, ut Aeneas ad Sibyllam Cumanam apud Ovidium XIV. *Metam.*

Seu Dea tu praesens, seu Diis gratissima, dixit:
Numinis instar eris semper mihi: meque fatebor,
Muneris esse tui, quae loca me mortis adire,
Quae loca me visae voluisti evadere mortis.

Nota sunt, quae viri docti dudum de hoc loquendi genere observarunt. Briseis apud eundem Ovid. in epistola ad Achillem:

At potius servas nostram, tua munera, vitam.

Vitam vocat eius munus, quod Achillis beneficio esset servata. Sic Roma dicitur beneficia sua, sua munera per totum orbem spargere, totum orbem sui fecisse muneris. Sed *tendere munera* pro *extendere* fert ne Latina auris? Mallem, si suffragerentur libri veteres;

Nam solis radiis aequalia munera fundis.

Tam late fundis tua munera, quam late in orbe nostro funduntur radii solis. Aliud est, quod statim sequitur:

Quantum vitales natura tetendit in axes,

hoc est, quantum terrarum sol tetendit seu extendit inter axes vitales, hoc est, quantum terrarum situm est in zona temperata, quam solam in nostro hemisphaerio vitalem esse hominibus et animalibus credebant veteres, vide Pomp. Melam Lib. I. *Graevius.*

Te non flammigeris Libyae tardavit arenis,
Non armata ſuo reppulit urſa gelu.
Quantum vitales natura tetendit in axes,
Tantum virtuti pervia terra tuae.
Feciſti patriam diverſibus gentibus unam,
Profuit iniuſtis, te dominante, capi.

Dumque

59. *flamigeris* Onuphr. 2. *Libyae* al. *Lybie* Damm. 60. *repulit.* Burm. 61. *vitalis* alii. 63. *Fixiſti patriam* orae libri adſcripſerat vir doct. vid. obſ. miſc. 64. *invictis* Caſtal. *invitis* Damm. *invitis, teque domante* leg. Nic. Heinſ. ad Claudian. Conſ. Honor. IV. 117. *invitis, te dominante* idem in ora Codicis, et in tertiis in Claudian. IV. notis p. 184. *invitis, te moderante* mal. Burm. et vir doct. in ora Codicis vid. obſ. miſc.

v. 59. *Libyae* i. e. Africae illius, quae circa Aegyptum eſt, propter ſiccitatem nimiam notae, quia pluvia indiget, et totius regionis fertilitas ab inundatione Nili dependet. Cf. Senec. Lib. IV. natural. quaeſt. *Gruber.*

v. 64. *Profuit iniuſtis, te dominante, capi.* Nihil certius emendatione Iureti: *Profuit invitis, te dominante, capi.* Inviti enim populi, qui bella cum Romanis geſſerunt, domiti ſunt et ſubiugati. *Iniuſtis* tolerari non poteſt. Barbaros ea voce ſignificari, cenſet C. Barthius; non facile inveniet, qui eius ſubſcripturi ſint ſententiae. Non enim barbarae tantum et inconditae gentes fuerunt victae, ſed et politiſſimae, Graeci, Macedones, Syri, Carthaginienſes, Aegyptii, Romanis ipſis longe cultiores, et a quibus Romani omnem cultum acceperunt. Nec Romani iuſtiores fuerunt barbaris pleriſque populis. Omnibus autem populis, tam barbaris, quam politis, ſubactis, profuit imperium Romanum. Nicolaus Heinſius, ſummus vir et amicus, cum in vivis eſſet, ſcribendum (in notis ad Claudianum pag. 184.) putabat:

Profuit invitis, te dominante, capi.

Graevius. Caſtalio invictis legit, quam geminam lectionem dicit Sitzmannus; non video tamen

quare

Dumque offers victis proprii consortia iuris,
Urbem fecisti, quod prius orbis erat.
Auctorem generis Venerem, Martemque fatemur
Aeneadum matrem, Romulidumque patrem.
Mitigat armatas victrix clementia vires:
Convenit in mores numen utrumque tuos
Hinc tibi certandi bona, parcendique voluptas:
Quos timuit, superat: quos superavit, amat.
Inventrix oleae colitur, vinique repertor;

Et

67. *Martem Veneremque* Damm. *Matremque* Almelov. *ex err. typ.* 68. *Romuliumque* Onuphr. 2. 4. *Rumulidumque* Goetz. 70. *nomen* al. 71. Post *voluptas* distinctionem tollendam esse censet Burm. ut continua oratione dicat, *certandi et parcendi voluptas superat etc.* Deinde coniecit *voluntas.*

quare rejicienda lectio antiqua, siquidem *iniustis* epitheton potest attribui gentibus incultioribus adeoque iniustis. *Ab Almeloveen.*

v. 68. *Aeneadum matrem.* Locis a commentatoribus adde Ausonium:

Orta salo, suscepta solo, patre edita coelo,
Aeneadum genetrix, hic habito alma Venus.

Idem.

v. 70. *Convenit in mores nomen utrumque suos.* Verissime Barthius: *Convenit in mores numen utrumque tuum.* Graevius.

v. 73. *Inventrix oleae colitur.* Minervam oleae inventricem dixisse veteres, multis scriptorum locis in *Onomastico Rerum inventarum* comprobavimus; *Diodorus* tamen *Siculus Biblioth. Lib. I. Mercurio* tribuere inventionem videtur. *Ab Almeloveen.*

Vini repertor. Consule, si tanti putas, nostrum *Rerum inventarum Onomasticon*, ubi brevissimis verbis, multa de vini repertore, eiusque commixtione reprehendimus. *Idem.*

Et qui primus humo pressit aratra puer:
Aras Paeoniam meruit medicina per artem,
Fretus et Alcides nobilitate Deus:
Tu quoque, legiferis mundum complexa triumphis,
Foedere communi vivere cuncta facis.
Te, Dea, te celebrat Romanus ubique recessus;
Pacificoque gerit libera colla iugo.
Omnia perpetuos quae servant sidera motus;
Nullum viderunt pulchrius imperium.

Quid

74. *possit* Barth. *err. typ.* 76. Crus. p. 56. hos versus sic legere mavult:

Aedes Paeoniam meruit medicina per artem,
Prodit et Alcidem nobilis ara Deum.

Fretus al. *mobilitate* Castal. vide infra vers. 222. *ferocitate* maluit Almel. *Fretus it Alcides* coni. Barth. 79. *receptus* maluit Burm.

v. 76. *Et Alcides nobilitate Deus.* Alii *mobilitate*, quam magnanimitatem interpretatur *Barthius*, nobis videtur melior lectio *ferocitate*, quoniam Cicero *ferocitatem* et *audaciam* coniungit, quae utraque Herculi conveniunt, utpote *audax* et *ferox*, praesertim si ἀπὸ τῆς ἀλκῆς *Alcides* sit dictus, auctore *Servio ad Virgil. Aen. VI.* 392. Idem. Ab avo suo Alcaeo Herculem a poëtis esse Alcidem dictum, res est notissima. Cf. Tibull. Lib. IV. Eleg. 4. v. 12. seqq.

Quin etiam Alcides Deus ascensurus Olympum
Laeta Molorcheis posuit vestigia terris, etc.

Gruber.

v. 82. *Nullum viderunt pulchrius.* De urbe Roma evidentissime Horatius Lib. IV. Carm. Saec. (v. 9-12.)

Alme Sol, curru nitido diem qui
Promis et celas, aliusque et idem
Nasceris, possis nihil urbe Roma
Visere majus.

Ab Almeloveen.

Quid ſimile? Aſſyriis connectere contigit arma,
  Medi finitimos cum domuere ſuos:
Magni Parthorum reges, Macetumque tyranni,
  Mutua per varias iura dedere vices.
Nec tibi naſcenti plures animaeque manusque,
  Sed plus conſilii, iudiciique fuit.
Iuſtis bellorum cauſſis, nec pace ſuperba,
  Nobilis ad ſummas gloria venit opes.
Quod regnas, minus eſt, quam quod regnare mereris:
  Excedis factis grandia fata tuis.
Percenſere labor denſis decora alta tropaeis,
  Ut ſi quis ſtellas pernumerare velit.

Confun-

83. *Quid ſimile Aſſyriis - ſuos?* al. *Quid ſimile Aſſyriis? connectere - arma,* mal. Heinſ. *Quid ſimile Aſſyriis comprendere contigit armis?* vel *contendere* legebat Cruſ. p. 57. *arva* coni. Burm. et in verſ. ſeq. *tum.* 85. *Macedumque* al. 88. *iudicisque* Goetz. *err. typ.* 88. *iuſtitiaeque* maleb. Cruſ. p. 57. 91. ſeq.

Quodque regis minus eſt, quam quod *rexiſſe* mereris;
  Excedisque actis grandia fata tuis.

leg. Cruſ. p. 57. *facta* al.

v. 92. *Excedis factis grandia fata tuis.* Sententia eſt, licet non erat hic diſcedendum a *Panvinii* editione, tua fortuna magna ſit, maiora tamen ſunt tua facta et res geſtae. Vide *Plutarchi* elegantiſſimum librum *de fortuna Romanorum.* Sic oſtendi, ſcribendum eſſe vetuſtiſſimorum librorum fide, in prooemio Flori. *Ut qui res eius legant, non unius populi, ſed generis humani fata diſcant,* ubi male in vulgatis facta. *Graevius.*

Confunduntque vagos delubra micantia viſus:
  Ipſos crediderim ſic habitare Deos.
Quid loquar aërio pendentes fornice rivos,
  Qua vix imbriferas tolleret Iris aquas?
Hos potius dicas creviſſe in ſidera montes:
  Tale giganteum Graecia laudat opus.
Intercepta tuis conduntur flumina muris,
  Conſumunt totos celſa lavacra lacus.

Nec

96. *hic* vel *credideris hic* coni. Burm. 98. *Par vix* coni. Burm. 99. *dicam* leg. Keuchen. ad Frontin. de aquaeduct. p. 371. pro *in* forſan *ad*. Kapp. *Tot ſcopulis dicas* creviſſe in ſidera *moles* Cruſ. p. 57. 100. *Quale* Damm. ex coni. Barth. *Gigantaeum* al. 101. *ſuis* Keuchen. l. c.

v. 97. *Aërio pendentes fornice rivos.* Conſulo, ſi vis, viri doctiſſimi *Raphaelis Fabretti* diſſertationes *de aquis et aquaeductibus veteris Romae.* Nos quoque pluribus haec conabimur exponere in commentario, quem de *Balneis antiquorum* paramus. *Ab Almeloveen.*

98. *Iris* i. e. arcus coeleſtis. cf. Tibullum Lib. I. Eleg. IV. v. 43. ſeq.

Quamvis praetexens picea ferrugine coelum
Venturam admittat imbrifer arcus aquam.

Gruber.

v. 102. *Conſumunt totos celſa lavacra lacus.* Putem *Rutilium* non tam ad illa reſpexiſſe lavacra, quae apud antiquos in ſuperiore parte domus erant conſtituta, quam quidem ad externam ſtructuram, quae praealta, ut maieſtatem, opulentiam atque ſuperbiam conditoris oſtentaret, conſpiciebatur. Debebat tamen, ſi vel ipſum lavandi locum ſpectes, aedificium eſſe altum atque ſpatioſum, cum, quod multos poſſet capere homines, tum, quod vapor et halitus ex aqua unguentisque exhalantes praeſentibus non eſſent offendiculo. *Celſus* locum deſcribit *Lib.* I. *cap.* 2. *Exercitationem recte ſequitur modo unctio, vel in ſole, vel ad ignem: modo balneum, ſed in conclavi quam maxime et alto, et lucido, et ſpatioſo.* Sed

nos

Nec minus et propriis celebrantur roscida venis,
Totaque nativo moenia fonte sonant.
Frigidus aestivas hinc temperat halitus auras
Innocuamque levat purior unda sitim.
Nempe tibi subitus calidarum gurges aquarum

Rupit

103. *et* deest ab edit. Barth. 105. *aestuas* Barth. *err. typ.* 107. Post *aquarum* punctum ponit Goetz. *err. typ.* *Tarpeias* Barth. *err. typ.*

nos pluribus hanc materiam sumus exposituri in commentariis nostris de *balneis antiquis*, brevi, si Deus ita voluerit, edendis, in quibus non tantum balneorum thermarumque structuram exteriorem interioremque, partes, instrumenta, delineabimus, verum etiam mores, et qui ad lavationem pertinent ritus, describemus. Sed cohibuit nostram diligentiam aliquatenus doctissimus *Zimmermannus*, si quidem ille in Francofurtensi Catalogo opus simile promisit, quod videre dudum desideramus. Mirandum est, et sane quam maxime, quod, cum multi quasi per per transennam transcurrentes viri eruditissimi quaedam de balneis dixerint, uti sunt *Rosinus*, *Ciacconius*, *Stukkius*, aliique plures, nullus hactenus sit repertus, qui ex professo hanc materiem aliquantulum pleniore commentario absolverit. *Zitzmannus* in suis ad hunc *Rutilii* locum notis mentionem facit *clar. Draveti*, viri mihi ne nomine quidem cogniti, elegantissimorum de hac materia librorum prodeundorum, sed non crediderim in lucem exiisse. Medice autem de balneis atque thermis permulti scripsere, quorum libri uno in opere Venetiis edito exstant, et ex *Lindani* libro de *scriptis medicis*, a Mercklino renovato, nomina cognosci possunt. Sunt alii, quos, dum scopum nostrum non spectant, silentio praeterire satius ducimus. *Ab Almeloveen.*

v. 103. *roscida.* Vide infra v. 637. seqq.

Namque procelloso subiungitur Orioni,
Aestiferumque canem roscida praeda fugit.

et Ovidius Lib. II. Fastor. v. 332.

Roscida per tenebras Faunus ad antra venit.

Gruber.

Rupit Tarpeias, hoſte premente, vias.
Si foret aeternus, caſum fortaſſe putarem:
Auxilio fluxit, qui rediturus erat.
Quid loquar incluſas inter laquearia ſilvas?
Vernula quam vario carmine ludat avis!
Vere tuo nunquam mulceri deſinit annus;
Deliciasque tuas victa tuetur hiems.
Erige crinales lauros, ſeniumque ſacrati
Verticis

110. *rediturus* Barth. *err. typ. periturus* maleb. Heinſ. 112. *Garrula* leg. Scriver. *qua* al. *quae* al. *queis* Pith. Noſtra lectio *quam* eſt ex coniectura Graevii. *ludat* al. Barthius in Adverſ. XXII. 17. primam editionem ſic habere teſtatur:

*Vernula quae vario * carmine ludat avis?*

et ita quoque habet Chytr. *qua Ismario* coni. Barth. vernula quam *vario carmine* laudet avis? coni. Cruſ. p. 58. Signum interrog. al. poſt *aves* exhibent. 114. *aucta* leg. Cruſ. p. 58.

v. 112. *Vernula quae vario carmine ludat avis. Onuphrius* edidit *ludit*, invitis libris. Scripſit *Rutilius*;

Vernula quam vario carmine ludat avis.

Quid loquar quam vario carmine ludant aves in illis natae nemoribus, quae in illis aedium Romanorum faſtigiis erant poſita, de quibus *Tibullus* Lib. III. Eleg. 3.

Et nemora in domibus ſacris imitantia lucos.

Et *Horat.* Lib. III. *Carm.* 10.

Audis quo ſtrepitu ianua, quo nemus
Inter pulchra ſitum tecta remugiat
Ventis?

De his ſilvis penſilibus loquitur *Rutilius*, non de lucis publicis, ut volebat vir doctiſſimus. *Graevius.*

Verticis in virides, Roma, recinge comas.
Aurea turrigero radient diademata cono,
Perpetuosque ignes aureus umbo vomat.
Abſcondat triſtem deleta iniuria caſum:
Contemtus ſolidet vulnera clauſa dolor.
Adverſis ſolenne tuis ſperare ſecunda:
Exemplo coeli, ditia damna ſubis.
Aſtrorum flammae renovant occaſibus ortus:
Lunam finiri cernis, ut incipiat.
Victoris Brenni non diſtulit Allia poenam:

Samnis

116. *refinge* Damm. ex coni. Heinſ. 117. *cornu* ex Claudiano coni. Burm. 120. *Contentus* Caſtal. 121. *ſolem ne vis* al. *ſolemne viris* Caſtal. *ſolemne tibi* vel *ſolemne vices* coni. Burm. 123. *flamae* Onuphr. 2. *err. typ.* 125. *Breni* al. *Alia* al. *Poenum* al. pro *non* maluit Burm. *modo*, tunc etiam corrigendum *ſuſtulit* pro *detulit*.

v. 116. *Verticis in virides Roma recinge comas.* Malebat *Nic. Heinſius*: *Verticis in virides Roma refinge comas*: pro quo legitur in editis: *recinge comas.* Saepe *fingi* proprie dicuntur crines puellarum et matronarum, *Ovid.* de arte amandi, Eleg. 1.

Quid toties poſitas fingis inepta comas?

Virgil. IV. Aeneid.

— — — *mollique fluentem*
Fronde premit crinem fingens atque implicat auro.

Exempla plura notavit ipſe *Heinſius ad Ovidium.* Idem.

v. 125. *Victoris Brenni non diſtulit Allia poenam.* Huius cladis funeſtae Romanorum ad Alliam flumen Brenno duce a Gallis perpeſſae hiſtoriam fuſius enarrat *Florus* Lib. I. cap. 13. de Bello Gallico: *Hinc ſive invidia deûm, ſive fato, rapidiſſimus procurrentis imperii curſus, parumper Gallorum Senonum incurſione ſupprimitur. Quod tempus populo Romano, neſcio, utrum clade funeſtius fuerit, an virtutis experimentis ſpecioſius. — Galli Senones, gens natura ferox, moribus incondita, ad hoc ipſa corporum mole perinde ac armis ingentibus, adeo omni genere*

terri-

Samnis servitio foedera saeva luit.

Post

126. *saevia* Barth. *err. typ.*

terribilis fuit, ut plane nata ad hominum interitum, urbium stragem videretur. Hi quondam ab ultimis terrarum oris, cum cingerentur omnia Oceano, ingenti agmine profecti, cum iam media vastassent, positis inter Alpes et Padum sedibus, ne his quidem contenti, per Italiam vagabantur. Tum Clusium, oppidum obsidebant. Pro sociis ac foederatis populus Romanus intervenit. Missi ex more legati. Sed quod ius apud barbaros? Ferocius agunt. Movent exinde certamen. Conversis igitur a Clusio, Romamque venientibus, ad Aliam flumen cum exercitu Fabius consul occurrit. Non Cremerae foedior clades. Itaque hunc diem fastis Roma mandavit. Fuso exercitu, jam moenibus urbis appropinquabant. Erant nulla praesidia. Tum igitur, aut nunquam alias, apparuit vera illa Romana virtus. — Aderant interim Galli, apertamque urbem primo trepidi, ne quid subesset dolus: mox ubi solitudinem vident, pari clamore et impetu invadunt. Patentes passim domos adeunt: ubi sedentes in curulibus sellis praetextatos senes velut Deos Geniosque venerati, mox eosdem, postquam esse homines liquebat, alioqui nihil respondere dignantes, pari vecordia mactant, facesque tectis injiciunt, et totam urbem igne, ferro, manibus, solo exaequant. Septem mensibus barbari (quis crederet?) circa montem unum pependerunt, nec diebus modo sed noctibus omnia experti; quos tandem Manlius nocte subeuntes, clangore anseris excitatus, a summa rupe dejecit: et ut spem hostibus demeret, quanquam in summa fame, tamen ad spem fiduciae, panes ab arce jaculatus est. Et stato quodam die per medias hostium custodias Fabium Pontificem ab arce demisit, qui solenne sacrum in Quirinali monte conficeret. Atque ille per media hostium tela incolumis religionis auxilio rediit, propitiosque deos renuntiavit. Novissime cum jam obsidio suo barbaros fatigasset, mille pondo auri recessum suum venditantes, idque ipsum per insolentiam, cum ad iniqua pondera addito adhuc gladio, superbe, vae victis, increparent, subito aggressus a tergo Camillus adeo cecidit, ut omnia incendiorum vestigia Gallici sanguinis inundatione deleret etc. Gruber.

v. 126. *Samnis servitio foedera saeva luit.* Samnites socios populi Romani fuisse et sexies foedus

Post multas Pyrrhum clades superata fugasti;

Flevit

dus rupisse liquet ex Flori Lib. I. cap. 16. de Bello Samnitico: *Si pertinaciam* (Samnitium), *sexies rupto foedere, cladibusque ipsis animosiorem. Hos tamen quinquaginta annis per Fabios et Papirios patres, eorumque liberos, ita subegit ac domuit, ita ruinas ipsas urbium diruit, ut hodie Samnium in ipso Samnio requiratur, nec facile appareat materia quatuor et viginti triumphorum. Maxime tamen nota et illustris ex hac gente clades apud Candinas furcas Veturio Postumioque Consulibus accepta est. Clauso enim per insidias intra eum saltum exercitu, unde non posset evadere, stupens occasione tanta dux hostium Pontius, Herennium patrem consuluit: et ille, mitteret omnes, vel occideret, sapienter ut senior suaserat. Hic armis exutos mittere sub jugum maluit, ut nec amici forent beneficio, et post flagitium hostes magis. Itaque et consules magnifice voluntaria deditione turpitudinem foederis dirimunt, et ultionem flagitans miles Papirio duce (horribile dictu) subjectis ensibus per ipsam viam ante pugnam jurit, et in congressu arsisse omnium oculos, hostis auctor fuit: nec prius finis caedibus datus, quam jugum et hostibus et duci capto reposuerunt.* Idem.

v. 127. *Post multas Pyrrhum clades superata fugasti.* Et huius Pyrrhi fugae mentionem facit Florus Lib. I. cap. 18. de Bello Tarentino et cum rege Pyrrho: *Victor primò proelio Pyrrhos, totam trementem Italiam, Campaniam, Lirim, Fregellasque populatus, prope captam urbem a Praenestina arce prospexit, et a vigesimo lapide oculos trepidae civitatis fumo ac pulvere implevit. Eodem postea bis exuto castris, bis saucio, et in Graeciam suam trans mare, ac terras fugato, pax, et quies, et tanta adeo de opulentissimis tot gentibus spolia, ut victoriam suam Roma non caperet. Nec enim ullus pulchrior in urbem, aut speciosior triumphus intravit, cum ante hunc diem nihil nisi pecora Volscorum, greges Sabinorum, carpenta Gallorum, facta Samnitium arma vidisset. Tum si captivos adspiceres: Molossi, Thessali, Macedones, Bruttius, Apulus, atque Lucanus. Si pompas: aurum, purpura, signa, tabulae, Tarentinaeque deliciae. Sed nihil libentius Populus Romanus aspexit, quam illas, quas timuerat cum turribus suis, belluas, quae non sine sensu captivitatis summissis cervicibus victores equos sequebantur.* Idem.

Flevit ſucceſſus Hannibal ipſe ſuos.
Quae mergi nequeunt, nixu maiore reſurgunt;
Exſiliuntque imis altius acta vadis.
Utque novas vires fax inclinata reſumit,
Clarior ex humili ſorte ſuperna petis.
Porrige victuras Romana in ſaecula leges,
Solaque fatales non vereare colos.

Quamvis

128. *Annibal* al. 129. *reſultant* ex loco Senec. legi mal. Burm. *alta* al. 133. *Romanas ventura* conj. Burm. 134. *colus* al. cf. infra II. 56.

v. 128. *Flevit ſucceſſus Hannibal ipſe ſuos.* Procul dubio Rutilius alludit ad pugnam Cannenſem, quae fuit anno tertio ſecundi belli Punici, quinquaginta millibus Romanorum ab Hannibale caeſis claram, ubi Hannibal ſucceſſibus ſuis non plane contentus militi ſuo diceret: *Parce ferro.* Cf. Florus Lib. II. cap. 6. de Bello Punico Secundo: *Itaque duo maximi exercitus caeſi ad hoſtium ſatietatem, donec Annibal militi ſuo diceret, Parce ferro.* Vel alludit ad hoc, quod poſt pugnam Cannenſem Hannibal ſucceſſibus ſuis non melius uteretur, eosque poſtea fleret, quia, ſi uti victoria ſciſſet, neque multo ita poſt nullo negotio Romam intrare, populumque Romanum plane ſub poteſtatem Carthaginenſium redigere potuit, ut teſtatur Florus Lib. II. cap. 6. *Dubium deinde non erat, quin ultimum illum diem habitura fuerit Roma, quintumque intra diem epulari Annibal in Capitolio potuerit, ſi (quod Poenum illum dixiſſe Maharbalem Bomilcaris ferunt) Annibal quemadmodum ſciret vincere, ſic uti victoria ſciſſet. Tum quidem illum (ut dici vulgo ſolet) aut fatum urbis imperaturae, aut ipſius mens mala, et averſi a Carthagine dii, in diverſum abſtulerunt: cum victoria poſſet uti, frui maluit, relictaque Roma, Campaniam Tarentumque peragrare; ubi mox et ipſe et exercitus ardor elanguit, adeo ut verum dictum ſit, Capuam Annibali Cannas fuiſſe.* Idem.

v. 134. *Solaque fatales non vereare colos.* Lege potius cum *Caſtalione*

Quamvis ſedecies denis et mille peractis,
Annus praeterea iam tibi nonus eat;
Quae reſtant, nullis obnoxia tempora metis,
Dum ſtabunt terrae, dum polus aſtra feret.
Illud te reparat, quod cetera regna reſolvit:
Ordo renaſcendi eſt creſcere poſſe malis.
Ergo age ſacrilegae tandem cadat hoſtia gentis,
Submittant trepidi perfida colla Getae.

Ditia

136. *erat* Onuphr. 2. Pith. 137. *Quin reſtant* mal. Heinſ. *ſeclis* Burm. in not. 140. *Cardo* mal. Heinſ.

ſtaltone colus. Sic enim Lib. II. v. 56.

Et plenas voluit praecipitare colus.

Ab Almeloveen. Equidem praetulerim *colos*, quia in plurali ſaepius occurrit accuſativus ſecundi quam quarti ordinis, ut loca allata ſunt probatura. Martial. Lib. VII. Epigr. 46. v. 7. ſeqq.

Non tulit invidiam taciti regnator Averni,
Et raptas fatis reddidit ipſe colos.
Scis igitur, quantas hominum mors falſa querelas
Moverit, et frueris poſteritate tua.
Vive velut rapto, fugitivaque gaudia carpe:
Perdiderit nullum vita reverſa diem.

Ovid. Lib. III. Faſt.

— — lanam mollire puellae
Discant, et plenas exonerare colos.

Martial. Lib. IX. Epigr. 18. v. 1. ſeqq.

Latonae venerande nepos, qui mitibus herbis
Parcarum exoras penſa, brevesque colos:
Hos tibi laudatos dominorum voce capillos
Ille tuus Latia miſit ab urbe puer.

Gruber.

v. 142. *ſubmittant trepidi perfida colla Getae* i. e. trepidi Getae in poteſtatem redigantur, ſub iugum mittantur ſive ſubigantur. Getae hodie Walachi Thraciae populi ad ſiniſtram Danubii ripam natura et moribus truces, ut liquet ex Pomp. Melae Lib. II. cap. 2. *Una gens Thraces habitant, aliis aliisque praediti et nominibus et moribus.* Qui-

dam

Ditia pacatae dent vectigalia terrae:
  Impleat auguſtos barbara praeda ſinus.
Aeternum tibi Rhenus aret, tibi Nilus inundet:
  Altricemque ſuam fertilis orbis alat.
Quin et fecundas tibi conferat Africa meſſes,
  Solo ſuo dives, ſed magis imbre tuo.

Interea

147. *conſerat* coni. Rutgerſ. var. lect. *ſuo* Heinſ. in ora codicis adnotaverat.

dam feri ſunt et ad mortem paratiſſimi, Getae utique. Id varia opinio perficit. Alii redituras putant animas obeuntium: alii, etſi non redeant, non extingui tamen; ſed ad beatiora tranſire: alii, emori quidem, ſed id melius eſſe, quam vivere. Itaque lugentur apud quosdam puerperia, natique deflentur: funera contra feſta ſunt, et veluti ſacra, cantu luſuque celebrantur. Ne feminis quidem ſegnis eſt animus. Super mortuorum virorum corpora interfici ſimulque ſepeliri, votum eximium habent; et quia plures ſimul ſingulis nuptae ſunt, cuius id ſit decus, apud iudicaturos magno certamine affectant etc. Idemque etiam affirmat de Getis Ovid. Lib. II. de Ponto Epiſt. 7. v. 31. ſeqq.

Nulla Getis toto gens eſt truculentior orbe:
Sed tamen hi noſtris ingemuere malis.

Adde Horat. Lib. III. Carm. 24. v. 12. *Idem.*

v. 148. *Sole ſuo dives, ſed magis imbre tuo.* Non intellexerunt hunc locum interpretes, qui hunc poëtam illuſtrarunt. *Caſtalio* et *Sitzmannus* per *imbrem Romanum* ſignificari credunt *Romanum ſanguinem: Barthius* putat in gratiam Romae ibi pluere Iovem, ne urbi deſit uberior commeatus. Quaſi aliter non ibi pluat, aut apud alias gentes aliam ob cauſſam. Solus *Caſp. Gevartius*, vir elegantiſſimi ingenii, quem ſenem olim adoleſcens colui, recte capit ſententiam *Rutilii* et expoſuit *Electorum Lib. I. cap.* 4. ubi notat, philoſophos obſervaſſe boream nubes in Italia collectas in Africam vehere, et ideo imbrium ibi cauſſam eſſe, unde Statium di-

xiſſe

Interea Latiis consurgant horrea fulcis,

Pinguiaque hesperio nectare prela fluant.

Ipse, triumphali redimitus arundine, Tibris,

149. *turgescant* mal. Burm. *hordea* in obs. misc. vel *adorea*. forsan *adsurgant* vel *exsurgant*. coni. Kapp. 151. *Tybris* vel *Thybris* al. vid. infra v. 180.

xisse *Italos imbres* in Africa pluere, VIII Thebaid. (v. 410. seq.)

— — *tanta quatitur nec grandine Syrtis,*
Cum Libyae boreas Italos niger attulit imbres.

Et Lucanum Lib. IX. ubi Africam describit, eleganter cecinisse *nostris serenis*, id est, *Italis*, quia Romae scribebat, Africam fecundari:

Libycae quod fertile terrae est
Vergit in occasus: sed et haec non fontibus ullis
Solvitur: artoos raris aquilonibus imbres
Accipit, et nostris reficit sua rura serenis.

Vide, quae de hoc argumento disputat erudite plura in laudato libro. *Graevius.*

v. 151. *Ipse triumphali redimitus arundine Tibris* i. e. ipse triumphali, vestitus sive ornatus canna vel calamo Tibris. Arundinis foliis procul dubio ad coronas triumphales conficiendas Romani usi sunt, coronarum usus enim varius erat, hinc corona triumphalis, obsidionalis, civica, muralis, castrensis, navalis de quibus adeundus Gellius Lib. V. cap. 6. Hae coronae variis arborum et fruticum foliis discerni solebant, earumque usus fere nunquam confundebatur, hinc coronae hederaceae, laureae, quernae, myrteae, oleaginae, populeae, rosaceae apud poëtas obviae. *Redimitus* idem quod cinctus, vestitus, ornatus, coronatus vel circumdatus, qua in significatione saepius occurrit. Cf. Virgil. III. Aeneid.

Vittis et sacra redimitus tempora lauro.

Claudian.

Pieriam tenui frontem redimire corona
Contentus. etc.

Ovid. VI. Fastor. v. 483. seqq.

Bacche racemiferos hedera redimite capillos,
(Si domus illa tua est) dirige navis iter.

Idem Lib. IX. Metam. v. 237. seqq.

— *et*

Romuleis famulas usibus aptet aquas,
Atque opulenta tibi placidis commercia ripis
Devehat hinc ruris, subvehat inde maris.
Pande, precor, gemino placatum Castore pontum,
Temperet aequoream dux Cytherea viam.
Si non displicui, regerem cum iura Quirini,
Si colui sanctos, consuluique patres.
(Nam quod nulla meum strinxerunt crimina ferrum;
Non sit praefecti gloria, sed populi).

Sive

152. *ossibus* al. *classibus* coni. Castal. et Iuret. ad Symmach. Epist. X. 22. *iussibus* primo coni. Barth. et *ausibus* Scriver. 155. *procul* Barth. in not. *portum* al. *geminum portum* coni. Burm. Deinde *gemino placato Castore pontum.* 156. *dum* primo coni. Burm. *Cytheraea* al. 157. *iure Quirites* coni. Crus. 160. *id.* coni. Heins. *ea* Burm.

— et imposita clavae cervice recumbis
Haud alio vultu, quam si conviva jaceres
Inter plena meri redimitus pocula sertis.

Idem Lib. V. Metam. v. 338. seqq.

Immensos hedera redimita capillos
Calliope querulas praetentat pollice chordas;
Atque haec percussis subjungit carmina nervis:

Gruber.

v. 152. Bene Barthius emendavit, *Romuleis famulas usibus aptet aquas.* Et sic editio Parisiensis in veterum poëmatum συλλογῇ. Apposite Plinius in Panegyrico: *Nonne cernere datur, ut sine ullius iniuria omnis usibus nostris annus exuberet?* Graevius.

Sive datur, patriis vitam componere terris,
Sive oculis unquam restituere meis:
Fortunatus agam, votoque beatior omni,
Semper digneris si meminisse mei.
His dictis, iter arripimus. Comitantur amici.
Non possum sicca dicere luce, vale.
Iamque aliis Romam redeuntibus haeret eunti
Rufius, Albini gloria viva patris:

Qui

162. *umquam* cett. 166. *voce* coni. Heins.

v. 161. *patriis vitam componere terris*, id est, mori in patria terra. Ita Virgilius componere usus est pro *finire, Aeneid.* I. v. 378.

Ante diem clausa componet vesper Olympo.

Sic dicimus, bellum, lites, fluctus componere, uti passim apud auctores. *Ab Almeloveen.*

v. 166. *Non possum sicca dicere luce, vale.* Durum est *sicca luce*, pro *sicco lumine*, et hoc pro *sicco oculo*. Nic. Heinsius conjiciebat *sicca voce*, hoc est, voce sine lacrymis, non possum lacrymas comprimere, cum dixero, vale. *Graevius.*

v. 168. *Rufius Albini gloria viva patris.* De hoc titulus apud Gruterum, sed quem emendatiorem sic leges:

DD.NN.VALENTE ET VALENTINO AUG.
RATORIBUS SUIS
CEIONIUS RUFIUS VOLU.*.* SI
ANUS V. C. ET. INLUSTR.*:* IS
EX VICARIO ASIE ET CEIO
NI RUFI VOLUSIANI V. C.
ET INLUSTRIS. EX PREFECTO.*.* PRE
TORIO. ET. EX PREFECTO UR..** BIS
ET CECINE LOLIANE CLARIS..** SI
ME ET. INLUSTRIS FEMIN*.* E
DEAE ISIDIS. SACERDOTIS FI.*..*LIUS
ITERATO VIGINTI ANNIS EX P..*...
*ERCEP
TIS TAUROBOLIIS UT ARAM
CONSTITU.*.
*IT
ET CONSECRAVIT X KAL. IUN. D. N.
VA .*.. *LEN.
TINIANO AUG. IIII. ET NEOTERIO
C.*.. *CONSS

Emendationem hanc debes viro illustri *Marquardo Gudio*, Regis Daniae a consiliis, qui olim ex schedis suis eam mecum communicavit. *Graevius.*

Qui Voluſi antiquo derivat ſtemmate nomen,
Et reges Rutulos, teſte Marone, refert.
Huius facundae commiſſa palatia linguae:
Primaevus meruit principis ore loqui.
Rexerat ante puer populos pro conſule Poenos,
Aequalis Tyriis terror amorque fuit.
Sedula promiſit ſummos imitatio fasces:
Si fas eſt meritis fidere, conſul erit.
Invitum triſtis tandem remeare coegi:
Corpore diviſo mens tamen una fuit.

Tum

173. *pater* coni. Burm. 174. *Tyrius* Almelov. *err. typ.* 176. *conſulerit* Reuſn. 2. *err. typ.* 178. *ima* Barth. in not. edit. ſuae — *manet* idem in not.

v. 169. *qui Voluſi antiquo derivat ſtemmate nomen*, i. e. qui ab antiqua Voluſi ſtirpe originem trahit ſive ducit nomen. Stemma hic nihil aliud quam genealogiam vel conſanguinitatem i. e. propaginis vel ſobolis auctorem, *den Stammvater*, a quo ſtemma genealogicum oritur, deſignat. Cf. Perſius Sat. III. v. 27. ſeq.

— *An deceat pulmonem rumpere ventis,*
Stemmate quod Tuſco ramum milleſime ducis.

et Juvenal. Sat. VIII. v. 1. ſeqq.

Stemmata quid faciunt? quid prodeſt, Pontice, longo
Sanguine cenſeri, pictosque oſtendere vultus
Maiorum? — —

et v. 19. ſeq.

Tota licet veteres exornent undique cerae
Atria, Nobilitas ſola eſt, atque unica virtus.

Innuit, ſtirpem antiquiſſimam maiorumque imagines innumeras nobilitatem hominis non efficere, ſed virtutem, quae omnia, ergo et originem a maioribus antiquiſſimis, antecellit. *Gruber.*

v. 170. *reges Rutulos.* Teſte Plinio Lib. III. cap. 5. Rutuli antiquiſſimi erant Italiae populi, qui Latium tenuerunt. *Idem.*

Tum demum ad naves gradior, qua fronte bicorni
  Dividuus Tiberis dexteriora secat.
Laevus inaccessis fluvius vitatur arenis:
  Hospitis Aeneae gloria sola manet.
Et iam nocturnis spatium laxaverat horis
  Phoebus, chelarum pallidiore polo:
Cunctamur tentare salum, portuque sedemus.
  Nec piget oppositis otia ferre moris,
Occidua infido dum saevit gurgite Plias,
  Dumque procellosi temporis ira cadit.
Respectare juvat vicinam saepius urbem,
  Et montes visu deficiente sequi;

Quaque

179. *grandior* Barth. *err. typ.* 180. *Tyberis* vel *Thyberis* al. cf. supra 151. 182. *fuit* coni. Burm. 185. *solum* al. cf. infra 280. 186. *appositis* coni. Barth. 187. *Pleias* Reusn. 2. 190. *visa* Goetz. *err. typ.*

v. 187. *Occidua infido dum saevit gurgite Plias.* Veteribus in more fuit hiberno tempore naves in litora reducere, neque ante Plejadum ortum, i. e. vernum tempus demittere, ne maris saevitia interirent, quapropter et stellae hae navigationis tempus indicare dicuntur. Isidorus Originum Lib. III. cap. 70. ita eas describit: *Pleiades a pluralitate dictae. Sunt autem stellae septem ante genua Tauri, ex quibus sex videntur: nam latet una. Has Latini* Vergilias *dicunt, a temporis significatione, quod vere exoriuntur. Nam occasu suo hiemem, ortu aestatem, primaeque navigationis tempus ostendunt.* Quae secundum externa verba fere, ex Servio (ad Virgil. I. Georg. v. 138.) desumsit, uti et alia, quemadmodum demonstrabimus, cum observata in eum auctorem luci simus expposituri. *Ab Almeloveen.*

Quaque duces oculi grata regione fruuntur,
  Dum se, quod capiunt, cernere posse putant.
Nec locus ille mihi cognoscitur indice fumo,
  Qui dominas arces et caput orbis habet:
Quamquam signa levis fumi commendat Homerus,
  Dilecto quoties surgit in astra solo.
Sed coeli plaga candidior, tractusque serenus
  Signat septenis culmina clara jugis.
Illic perpetui soles, atque ipse videtur,
  Quem sibi Roma facit, purior esse dies.
Saepius attonitae resonant Circensibus aures,
  Nuntiat accensus plena theatra favor:
Pulsato notae redduntur ab aethere voces;
  Vel quia perveniunt, vel quia fingit amor.
Explorata fides pelagi ter quinque diebus,
  Dum melior lunae sideret aura novae.

Tum

191. *Quaque duces* al. *Quippe vel usque duces* coni. Heins. *Quam reduces-fruuntur!* per exclamationem coni. Burm. 196. *foco* elegantissime coniecit Heins. 198. *septeni-iugi* coni. auct. obs. misc. 200. *tibi* Onuphr. 2. et 4. *ipse* leg. Heins. 203. *Pulsato-ad aethera* al. *Pulsato-ab aethere* al. cf. infra 403. 206. Pro *sideret* coni. Heins. *se daret*.

v. 200. *resonant.* Sic Manilius in Astron. V. v. 566.
Aura per extremas resonavit
flebile ripas.
Gruber.

v. 204. *Vel quia fingit amor.* Publius Syrus (Sent. 16.).
Amans quod suspicatur, vigilans somniat.
Ab Almeloveen.

Tum diſceſſurus, ſtudiis urbique remitto
  Palladium, generis ſpemque decusque mei.
Facundus juvenis Gallorum nuper ab oris
  Miſſus, Romani diſcere jura fori.
Ille mea ſecum dulciſſima vincula curae,
  Filius affectu, ſtirpe propinquus habet.
Cuius Aremoricas pater Exſuperantius oras
  Nunc poſtliminium pacis amare docet,
Leges reſtituit, libertatemque reducit,
  Et ſervos famulis non ſinit eſſe ſuis.

Solvi-

207. Pro *tum* forſ. *Nunc.* coni. Kapp. *remitte* mendoſe in Caſtal. notis edit. Almelov. 208. *Palladiam* Bonon. 209. *arvis* cett. editt. 211. *cunnae* vel *cunae* al. 214. *amore* al. 216. *famulas* ſc. leges correxit Heinſ. ad Ovid. Amor. l. 6. vſ. ult.

v. 208. *Palladium.* Varios exſtitiſſe *Palladios* certum eſt, uti recte notat *Sitzmannus;* ſed, quisnam hic ſit, quem *Rutilius* indicet, nondum liquido conſtat. Videtur tamen veriſimile, illum fuiſſe, quem fratrem ſuum vocat *Symmachus* Lib. I. epiſt. 94. Quem eundem arbitratus ſum aliquando Palladium Sophiſtam, cuius commentaria in *Hippocratis* Libri VI. *Epidemicωn* exſtant, quam in opinionem me haec *Symmachi* verba duxere; — — —

Sed tempeſtive Palladii rhetoris noſtri — — declamatio auxit paginam etc. Citantur eius *Palladii* declamationes a Photio in Bibliothec. p. 166.; *Suidas* addit, eum *de feſtis Romanorum* ſcripſiſſe. Sed de *Palladio* hoc latius inquiremus in opere de *Medicis Antiquis,* quorum vitas, uti quidem promiſere, utinam edidiſſet *Thomas Reineſius,* aut hodie ederent *Henricus Meibomius,* et *Egidius Menagius,* viri hisce in ſtudiis verſatiſſimi! *Idem.*

v. 213. *Aremoricas - oras* i. e. Aquitanicas oras, Aremorica enim eſt Galliae regio, nunc Aquitania (*Gaſcogne* ſive *Guienne*). Gruber.

Solvimus aurorae dubio, quo tempore primum
Agnosci patitur redditus arva color.
Progredimur parvis per litora proxima cymbis,
Quarum perfugio crebra pateret humus.
Aestivos penetrent oneraria carbasa fluctus,
Tutior auctumnus mobilitate fugae.

Alsia

217. *Solvimus aurorae dubio*, ex coniect. Heinsii. *Dubium aurorae* est crepusculum, quemadmodum *dubia lux*; *dubius sol.* Cett. edd. non distinguunt post *dubio*. 219. *lembis* mal. Burm. 220. *patere* Goetz. mendose. 222. *Gratior* vel *mitior* mal. Burm. *nobilitate* al. vid. supra v. 75.

v. 219. *parvis cymbis* i. e. naviculis progredimur per litora proxima, quia cymbae fluctibus nullo negotio obrui possunt. Hinc Ovidius

Non ideo pelago se credere debet, si qua
Audeat exiguo ludere cymba lacu.

Idem.

v. 221. *Carbasa* pro velis, quorum ope onerariae naves ventis impellentibus promoventur. Carbasa vero colliguntur, si navis portum tenet. Conf. Martial. Lib. XII. Epigr. 29. de Hermogene fure v. 17. seq.

Festinant trepidi substringere carbasa nautae,
Ad portum quoties paruit Hermogenes.

Ovidius Lib. I. Trist. Eleg. 1. v. 91. seq.

Ferte (quid hic facio?) rapidi mea carbasa venti.
Ausonios fines cur mea vela vident?

Seneca in Medea Act. II. v. 318.

Ausus Tiphys pandere vasto
Carbasa ponto, legesque novas
Scribere ventis.

Virgil. III. Aeneid.

— — — — *aurae,*
Vela vocant, tumidoque inflatur carbasus Austro.

et Ovidius VI. Metam. v. 231. seqq.

— — *veluti cum praescius imbris,*
Nube fugit visa, pendentiaque undique rector
Carbasa deducit, ne qua levis effluat aura.

Idem.

Alſia praelegitur tellus, Pyrgique recedunt;
Nunc villae grandes, oppida parva prius.
Jam Caeretanos demonſtrat navita fines:
Aevo depoſuit nomen Agylla vetus.

Stringi-

223. *Aſia* Goetz ex err. typ. ut et 224. *opida.* 225. *Ceretanos* vel *Cerretanos* al.

v. 223. *Pyrgique recedunt.* Cf. Pomponius Mela Lib. II. cap. 4. *Ultra Pyrgi, Minio, Caſtrum novum, etc.* et Plinius in Hiſt. Nat. Lib. III. cap. 8. *Hinc amnes Prille mox Umbro navigiorum capax, et ab eo tractus Umbriae, portusque Telamon: Coſſa Volcientium a populo Romano deducta: Graviſcae, Caſtrum novum, Pyrgi.* Idem.

v. 225. *Caeretanos* alii *Cerretanos fines* legunt, ſed magnum eſt diſcrimen inter Caeretanos et Cerretanos. Cerretanorum meminit Plinius in Hiſt. Nat. Lib. III. cap. 4. *Poſt eos, quo dicetur ordine, intus recedentes radice Pyrenai, Auſetani, Lacetani: perque Pyrenaeum Cerretani, dein Vaſcones.* Qui Ptolomaeo Lib. II. cap. 6. ſunt Κεῤῥοιτανοι, Straboni Lib. III. p. 162. Κεῤῥητανοι, et Dioni Lib. XLVIII. v. 382. Κεῤῥήτανοι εν Ιβηρία. De his finibus populi Hiſpaniae autem hic non ſermo eſſe poteſt, ſed de finibus urbis Caere, ut ex verſu ſequenti ſatis ſuperque liquet. Ea de re ex ratione ad verſum ſequentem allata in textum recepimus Caeretanos. *Idem.*

v. 226. *Agylla* Thuſciae urbs erat, poſtea Caere vocata. Balnea Caeretana, vina et pernae erant clara, ut ex Martial. Lib. XIII. Epigr. 124. liquet:

Caeretana Nepos ponat, Setina putabis.
Non ponit turbae, cum tribus illa bibit.

et Idem. Lib. XIII. Epigr. 54.

Caeretana mihi fies, vel maſſa licebit
De Menapis: lauti de petaſone vorent.

Quum vero res notiſſima eſt, Agyllam veterem aevo nomen depoſuiſſe, poſteaque ab eventu Lydii vel Theſſali reſpondentis χαῖρε Caerem nuncupatam eſſe, ut *Faber* in Theſauro Lat. Ling. perhibet, omnino quaeritur, anne verſu praecedenti rectius Caeretanos fines pro Cerretanis ſcribendum? Urbis Agyllae etiam mentionem facit *Virgil.* VIII. Aeneid.

Haud

Stringimus abſumtum fluctuque et tempore Caſtrum:
Index ſemiruti porta vetuſta loci.
Multa licet priſcum nomen deleverit aetas,
Hoc Inui caſtrum fama fuiſſe putat:
Praeſi-

227. *Stringimus .... et fluctu et* omnes vett. edd. *Stringimus exeſum et fluctu et* Goetz. Stringimus *exeſum fluctuque et* Damm. *Stringimus hinc exeſum* coni. Barth. *abſorptum* coni. Burm. 228. *Iudex* mendoſè Sitzmann. et Barth. 229. edd. Dammiana excepta, ſic habent:

Praeſidet exigui formatus imagine ſaxi,
Qui paſtorali cornua fronte gerit.
Multa licet priſcum nomen deleverit aetas,
Hoc Inui Caſtrum fama fuiſſe putat.

Haud procul hinc ſaxo colitur fundata vetuſto
Urbis Agyllinae ſedes: ubi Lydia quondam
Gens, bello praeclara, jugis inſedit Hetruſcis.

Plinius in Hiſt. Nat. Lib. III. cap. 8. *Caeretanus amnis, et ipſum Caere intus M. paſſ. quatuor, Agylla a Pelasgis conditoribus dictum: Alſiam, Fregenae.* Et Solinus Cap. II. *Agyllam a Pelasgis, qui primi in Latium litteras intulerunt.* Idem.

v. 229. *ſaxi.* Hujus ſaxi et *Virgil.* l. c. mentionem facit. *Idem.*

v. 230. *Qui paſtorali nomina fronte gerit.* Nihil ſani elicias ex hac ſcriptura. *Barthii* explicatio eſt ἀπροσδιόνυσος. Manus *Rutilii* videtur fuiſſe:

Qui paſtorali nomina fronte tegit.

Qui ſub habitu paſtorali Dei eſt. *Moſchus* de Jove in taurum ob Europam verſo:

κρύπτε θεόν, καὶ τρέφε δέμας, καὶ γίγνετο ταῦρος.

Tege Deum, et muta corpus, et eſto taurus.

Ovidius V. Metamorph. (v. 326. et 331).

Et ſe mentitis ſuperos celaſſe figuris.
Piſce Venus latuit, Cyllenius Ibidis alis.

Idem VI. Metam. (v. 110. ſeq.).
Addidit,

Praesidet exigui formatus imagine saxi,
  Qui pastorali nomina fronde tegit:

Seu

232. *nomina fronte gerit* pleraeque edd. *nomina fronte tegit* coni. Graev. *Cornua fronte gerit* coni. Almelov. et Markland. in praef. ad Stat. Silv. p. X. et XI. Pastoralis .... coni. Burm. reliqua, quae nomen Dei in statura expresserant, vetustate deleta fuisse ratus, legendum putavit:

Qui pastoralis nomina fronte gerit:

pastoralis sc. Dei istius, cuius nomen delevisset aetas, et *frontem* pro anteriore parte staturae positum esse arbitratur.

Qui pastorali gramina fronte gerit:

leg. Crus. p. 59. *numina fronte tegit.* Damm.

Addidit, ut Satiri celatus imagine pulchram
Juppiter implevit gemino Nycteida fetu.

Idem in Acheloi fabula:

Quid fore te credis, qui falsum versus in anguen
Arma aliena movet? quem forma precaria celat.

Graevius.

Veteres, qui singulis fere corporis humani partibus Deum assignarunt, *frontem Genio sacram dixere*, quapropter Deum venerantes frontem solebant tangere, quod posset haberi signum subjectionis, si quidem pudoris sedes, quam nonnulli in oculis posuere, habita fuit. *Plinius* autem Lib. XI. cap. 37. hanc *justitiae, clementiae, severitatisque* indicem dixit. Christianos antiquos, testatur Lactantius (Lib. IV. cap. 26. Epitom. cap. 11.) frontibus olim signatos fuisse. Sic et *Prudentius* Hymno IX. v. 84.

Pange vexillum, notatis quod refulget frontibus.

Notavimus alibi meretricibus nomen a fronte pependisse, sed fateor, me nunquam haec de hominibus, nedum de Diis observasse, quapropter legendum auctumo,

Qui pastorali cornua fronte gerit.

Ab Almeloveen.

v. 232. *Hoc Inui castrum fama fuisse putat.* Erravit hic *Rutilius*, et *Servius*, cuius locum affert *Castalio*. Nam Inui castrum non esse in Etruria, in qua ab utroque ponitur, sed in Latio, *Virgilii*, priscorumque scriptorum aliorum

Seu Pan Tyrrhenis mutavit Maenala silvis,

Sive

233. *Tyrrenis* Sitzm. et Barth.

aliorum gravissimorum testimoniis ostendit *Cluverius*, in Etruria vero fuisse oppidum *Castrum novum* dictum, quod hodie vocatur *S. Marinella*. Errandi caussam dedisse, quod in hoc tractu apud Caere oppidum cultus fuerit Silvanus, qui idem fuerit, qui Pan, Faunus, Inuus. Vide *Cluver.* Lib. II. de antiqua Italia cap. 2. *Graevius*. Recte observatum est ex verbo *init Casparo Barthio* dictum hunc Deum ab ineundis animalibus, quod nomen Graecum est, teste *Servio*. *Arnobius* armentorum pecudumque gregibus praepositum dixit. Dicitur alio nomine *Faunus*, quin et *Pan*, uti eleganter, quemadmodum et historiam, exponit *Macrobius* Saturnal. Lib. I. cap. 22. cujus haec sunt verba: *Pan ipse, quem vocant Inuum, sub hoc habitu, quo cernitur, solem se esse prudentibus permitti intelligi. Hunc Deum Arcades colunt τὸν τῆς ὕλης κύριον: non Silvanum dominum, sed universae substantiae materialis dominatorem significari volentes, cujus materiae vis universorum corporum, seu illa divina, seu terrena sint, componit essentiam. Ergo Inui cornua barbaeque prolixa dimissio naturam lucis ostendunt, qua sol et ambitum coeli superioris illuminat et inferiora collustrat, unde* Homerus:

῎Ωρνυθ' ἵν' ἀθανάτοισι φόως φέροι, ἠδὲ βροτοῖσιν.

Quid fistula, vel virga significent, superius in habitu Attinis expressimus. Quod in caprae pedes desinit, haec argumenti ratio est; quia materia, quae in omnem substantiam, sole dispensante, porrigitur, divinis de se corporibus effectis in terrae finitur elementum. Ad huius igitur extremitatis signum pedes huius animalis electi sunt, quod et terrenum esset, et tamen semper peteret alta pascendo, sicut sol, vel cum radios superne dimittit in terras, vel cum se recolligit, in montibus visitur. Huius Inui amor et deliciae ἠχὼ creditur nullius oculis obnoxia: quod significat harmoniam coeli, quae soli amica est, quasi sphaerarum omnium de quibus nascitur moderatori; nec potest tamen nostris unquam sensibus deprehendi. Ab Almeloveen.

v. 233. *Seu Pan Tyrrhenis mutavit Maenala silvis*, i. e. seu Deus Arcadiae Pan dereliquit Maenala altissimum amoenissimumque Arcadiae montem ad Argos et commutavit Hetruriis vel Tuscis silvis a Tyrrheno Atys filio Tyrrhenae silvae nuncupatis.

Montis

Sive ſinus patrios incola Faunus init.
Dum renovat largo mortalia ſemina fetu,
Fingitur in Venerem pronior eſſe Deus.
Ad Centumcellas forti deflexímus auſtro:
Tranquilla puppes in ſtatione ſedent.
Molibus aequoreum concluditur amphitheatrum,
Anguſtosque aditus inſula facta tegit;
Attollit geminas turres, bifidoque meatu,
Faucibus arctatis, pandit utrumque latus.
Nec poſuiſſe ſatis laxo navalia portu,

Ne

238. *Tranquilla hic puppes* vel *Tranquilla puppes hic* coni. Heinſ. forſ. *Tranquillae* coni. Kapp.

Montis Maenali ſeu Maenalorum et meminit Virgil. Eclog. VIII. v. 22. ſeqq.

Maenalus argutumque nemus pinusque loquentes
Semper habet: ſemper paſtorum ille audit amores,
Panaque qui primus calamos non paſſus inertes.

et Panos mentionem facit Idem Eclog. II. v. 32. ſeq.

Pan Primus calamos cera conjungere plures
Inſtituit. Pan curat oves oviumque magiſtros.

Gruber.

v. 234. *Sive ſinus patrios incola Faunus init.* Cf. Ovidius VI. Metam. v. 392. ſeqq.

Illum ruricolae ſilvarum numina Fauni,
Et Satyri fratres, et tunc quoque clarus Olympus,
Et Nymphae flerunt: et quisquis montibus illis
Lanigerosque greges, armentaque bucera pavit.

Idem.

v. 242. *Faucibus arctatis etc.* Perinde eſt qui legas *artatis* an *arctatis*, veteres quippe *artare* et *arctare* dixere, ita ipſe v. 317.

Transverſos colles bis ternis millibus artat.

Ab Almeloveen.

Ne vaga vel tutas ventilet aura rates:
Interior medias ſinus invitatus in aedes
Inſtabilem fixis aëra neſcit aquis;
Qualis in Euboicis captiva natatibus unda
Suſtinet alterno brachia lenta ſono.
Noſſe juvat Tauri dictas de nomine thermas,
Nec mora difficilis millibus ire tribus.
Non illic guſtu latices vitiantur amaro,
Lymphaque fumifico ſulphure tincta calet.
Purus odor, mollisque ſapor dubitare lavantem
Cogit, qua melius parte petantur aquae.

Credere

245. *inſinuatus* mal. Heinſ. *ïhrivatus* Burm. ſi veteres ſic dixiſſent, ut *erivare.* 247. *natantibus* Onuph. et al. Heyne ad Tibull. Lib. III. Eleg. 5. v. 30. vero *natatibus* praefert. 248. *ſolo* coni. Heinſ. ad Ovid. Metam. IV. 253. *ſalo* Cruſ. p. 59. Dammio hoc loco nonnulli verſus deeſſe videntur. 250. *milibus* al. procul dubio ex err. typ. cf. 317. 252. *Lymphave* coni. ex Claudian. Barth. et Damm. *funifico* mendoſe Onuphr. 4. *ſulfure* mendoſe Damm. 253. *labantem* al.

v. 251. *Guſtu amaro.* Non alſentio *Caſtalioni* explicanti *marino,* quamvis *Iſidorus* (Origin. XIII, 14.) dicat: *Proprie mare appellatum eo; quod aquae eius amarae ſint.* Malim vero amara quaevis ingrata atque iniucunda ſignificare. Sic enim noſter auctor *tempeſtatem amarum* dixit; *Lactantius* Lib. VII. cap. 16. de indiciis diei noviſſimi: *Fontes quoque cum fluminibus areſcent, ut ne potus quidem ſuppetat: et aquae in ſanguinem et amaritudinem mutabuntur.* Et Epitom. cap. 2; *Celſus* vero Lib. VI. cap. 5. *mel amariſſimum* pro *acerrimo* dixit. *Idem.*

Credere si dignum famae, flagrantia taurus
Investigato fonte lavacra dedit:
Ut solet excussis pugnam praeludere glebis,
Stipite quum rigido cornua prona terit:
Sive Deus, faciem mentitus et ora juvenci,
Noluit ardentis dona latere soli:
Qualis Agenorei rapturus gaudia furti,

Per

255. *fragrantia* mendose Sitzm. et Barth. 257. *Ut solet ad pugnam excussis praecludere glebis* mal. Burm.

v. 257. *Excussis pugnam praeludere glebis.* Ita *Virgilius* Eclog. III. v. 86. seq.

— — — — pascite taurum
Iam cornu petat, et pedibus qui spargat arenam.

Ab Almeloveen.

Et Ovidius Lib. IV. Trist. Eleg. 9. v. 29. seq.

Circus adhuc cessat: spargit tamen acer arenam
Taurus, et infesto jam pede pulsat humum.

Gruber.

v. 261. *qualis Agenorei rapturus gaudia furti etc.* Alludit Rutilius ad raptum Europae a Jove tauri faciem induto commissum, Europa enim Agenoris filia, Cadmi soror erat. Huius furti meminit Horatius Lib. III. Carm. 27. v. 25. seqq.

Sic et Europe niveum doloso
Credidit tauro latus, et scatentem
Belluis pontum, mediasque fraudes
Palluit audax.

et Ovidius VI. Metam. v. 103. seqq.

Maeonis elusam designat imagine tauri
Europen: verum taurum, freta vera putares.
Ipsa videbatur terras spectare relictas,
Et comites clamare suas, tactumque vereri
Assilientis aquae; timidasque reducere plantas.

et Idem II. Metam. v. 833. seqq. qui perquam festive enarrat hanc fabulam de Europa, de qua saltem haec sum allaturus:

— — Sceptri gravitate relicta,
Ille pater rectorque Deum, cui dextra trisulcis
Ignibus armata est, qui nutu concutit orbem,
Induitur tauri faciem: mistusque juvencis
Mugit, et in teneris formosus obambulat herbis,

Quippe

Per freta virgineum sollicitavit onus.
Ardua non solos deceant miracula Grajos.
Auctorem pecudem fons Heliconis habet:
Elicitas simili credamus origine lymphas,
Musarum

262. Post *freta* distinguendum esse censet Burm. 264. *Heliconi* mendose Onuphr. 4. 265. *Nymphas* edd. vett.

Quippe color nivis est; quam nec vestigia duri
Calcavêre pedis, nec solvit aquaticus Auster.
Colla toris extant: armis palearia pendent:
Cornua parva quidem; sed quae contendere possis
Facta manu, puraque magis perlucida gemma
Nullae in fronte minae; nec formidabile lumen:
Pacem vultus habet. Miratur Agenore nata,
Quod tam formosus, quod praelia nulla minetur,
Sed quamvis mitem, metuit contingere primo.
Mox adit, et flores ad candida porrigit ora.
Gaudet amans: et, cum veniat sperata voluptas,
Oscula dat manibus. Vix ah, vix cetera differt.
Et nunc alludit; viridique exsultat in herba:
Nunc latus in fulvis niveum deponit arenis.
Paulatimque metu demto, modo pectora praebet
Virginea plaudenda manu; modo cornua sertis
Impedienda novis. Ausa est quoque regia virgo,
Nescia quem premeret, tergo considere tauri.
Cum Deus a terra, siccoque a littore, sensim
Falsa pedum primis vestigia ponit in undis.
Inde abit ulterius, mediique per aequora ponti
Fert praedam. Pavit haec: littusque ablata relictum
Respicit: et dextra cornum tenet; altera dorso
Imposita est: tremulae sinuantur flamine vestes.

Adde *Hyginum* Fab. 178: *Palaephatum de Incredibilibus* cap. 16. *Apollodorum* Lib. II. et III. pr. *Ciceronem de Nat. Deor.* I. cap. 28. *Gruber.*

v. 263. *Ardua non solos deceant miracula Grajos:*
Auctorem pecudem fons Heliconis habet.
Hic

Muſarum ut latices ungula fodit equi.

D 2 Haec

266. *ut* omittunt cett. edd. ſola Dammiana exhibet. *fudit* coni. Graev.

Hic locus peſſime acceptus eſt, cum a librariis, tum ab interpretibus. Meſſallam, de quo loquitur, praefectum praetorio, Arcadio et Honorio imperantibus, recte ad *Symmachum* obſervavit *Iuretus*, et ad *Sidonium Sirmondus*, viri doctiſſimi. Is Meſſalla tribus millibus a Centumcellis remotum agrum habuit, in quo, dum taurus validiore impetu terram pede quatit, ſcaturigo ferventium aquarum erupit. Talia fere commemorantur de *thermis Carolinis*, quas Carolus IV, dum forte cervam conſectatur, primus animadverterat. Quia vero is fons in agro Meſſallae fuerat eodem modo apertus a tauro, quo Muſarum fons ab equo, Meſſalla, homo doctus, et Muſarum cultor ſingularis, quatuor verſus thermis praefixerat, quibus hanc aquarum eruptionem non tantum cum Hippocrene comparat, ſed et fontem ſuum blanda quadam et ingenita elegantioribus ingeniis ambitione, *fontem Heliconis* vocat:

Auctorem pecudem fons Heliconis habet.

Nam interpretes, qui hunc verſum de Hippocrene intelligunt, non animadvertunt, ſi id ſit, duobus diſtichis idem dici, ineptiſſimam eſſe ταυτολογίαν, ac Rutilio indignam. Dein, quis unquam ſanus generoſum equum Pegaſum vocet pecudem. Quare certiſſimum eſt, hunc verſum *Ardua non ſolos*, cum tribus ſequentibus, ipſius Meſſallae eſſe, eosdem ſcilicet, qui thermarum, quas, ut modo ſignificabam, Meſſalla fontem Heliconis vocat, poſtibus affixi intrantes delectabant, exeuntes prae legendi voluptate remorabantur, ut *Rutilius* cecinit. Quare non eo loco, quo jam leguntur, ſed poſt v. 270.

Poſtibus affixum dulce poëma ſacris,

collocandi ſunt. Totus igitur locus hoc modo legendus eſt:

Qualis Agenorei rapturus gaudia furti
Per freta virgineum ſollicitavit onus.
Haec quoque Pieriis ſpiracula comparat antris
Carmine Meſſallae nobilitatus ager,
Intrantemque capit, diſcedentemque moratur
Poſtibus affixum dulce poëma ſacris.

ARDUA

Haec quoque Pieriis ſpiracula comparat antris
Carmine Meſſallae nobilitatus ager;

Intran-

268. *Meſſalae* al.

ARDUA NON SOLOS DECEANT MIRACULA GRAIOS
AUCTOREM PECUDEM FONS HELICONIS HABET.
ELICITAS SIMILI CREDAMUS ORIGINE LIMPHAS
MUSARUM LATICES UNGULA FUDIT EQUI.

Hic eſt, qui primo ſeriem de Conſule ducit,

et quae ſequuntur. Plana nunc ſunt omnia, et elegantia. Eadem opera Meſſallae ſuos verſus, poëtae ſententiam, carminibus ordinem ſuum reſtituimus. Ceterum, non diſſimilis argutia eſt epigrammatis incerti auctoris de Neronis ſpectaculo, qui Paſiphaen a tauro initam in ſcena exhibuerat:

Junctam Paſiphaen Dictaeo, credite, tauro
Vidimus. Accepit fabula priſca fidem.

Nec minus elegans eſt et argutum epigramma, quod in fontem reſonum, qui eſt in dioeceſi Paderbornenſi, pepigit magnus Princeps, et ſapientiſſimus Epiſcopus Paderbornenſis et Monaſterienſis, Ferdinandus Furſtenbergius, ingenti bonorum omnium, inprimis cultorum optimarum artium, quarum unicus erat in Germania Maecenas, dolore nobis ereptus acerba morte:

Teutoburgenſis ſilvae radicibus ortum
Quae trahat et reſonis nomina debet aquis.
Arte ſcatens mira pelagi nunc more frementis
Aeſtuat, alterna nunc ſilet unda vice.
Et pede decurrit liquido dum proxima ſenſim
Per cava labentem ſaxa reſorbet humum.
Mox eadem urbes ſubter tellure recentes
Colligit, et largas aucta refundit aquas
Nec jactes Arethuſa tui miracula fontis
Sola, etiam noſtra fama loquetur opus.

Exſtat in Monumentis Paderbornenſibus, ab illuſtriſſimo Epiſcopo poſitis et editis, de quo verius dicas, quam quod de Meſſalla ſcripſit *Rutilius*? Hic nuper rexit Dioeceſin Paderbornenſem et Monaſterienſem:

Sed menti et linguae gloria major ineſt.
Hic docuit qualem poſcat facundia ſedem,
Ut bonus eſſe velit, quisque diſertus erit.

Graevius.

Intrantemque capit, diſcedentemque moratur,
Poſtibus affixum dulce poëma ſacris.
Hic eſt, qui primo ſeriem de Conſule ducit,
Usque ad Poplicolas ſi redeamus avos:
Hic et praefecti nutu praetoria rexit.
Sed menti et linguae gloria major ineſt.
Hic docuit, qualem poſcat facundia ſedem,
Ut bonus eſſe velit quisque, diſertus erit.
Roſcida puniceo fulſere crepuſcula coelo:
Pandi-

271. forſ. *duxit* Kapp. 272. *Puplicolas* Sitzm. et Barth. *Publicolas* al. 275. *legem* coni. Cruſ. p. 60. 276. Cett. edd., Dammiana excepta, comma ponunt poſt *velit*. Pro *ut* Caſtal. in not. *Vir*.

v. 272. *Publicolas* rectius Poplicolas. Cf. Valerius Maximus Lib. IV. cap. 4. num. 1. *Regio imperio propter nimiam Tarquinii ſuperbiam finito, conſulatus initium Valerius Poplicola cum Junio Bruto auſpicatus eſt. Idemque poſtea tres conſulatus acceptiſſimos populo Romano geſſit: et plurimorum ac maximorum operum praetextu, titulum imaginum ſuarum amplificavit: cum interim factorum illud columen patrimonio ne ad exequiarum quidem impenſam deceſſit: ideoque publica pecunia ductae ſunt. Non attinet ulteriore diſputatione tanti viri paupertatem ſcrutari: abunde enim patet, quid vivus poſſederit, cui mortuo lectus, et rogus defuit.* Gruber.

v. 277. *Roſcida puniceo fulſere crepuſcula coelo*, i. e. rore madida crepuſcula purpureo ſeu rutilo luxere vel ſplenduere coelo. *Virgil.* Eclog. VIII. v. 37. ſeqq.

Sepibus in noſtris parvam te roſcida mala
(Dux ego veſter eram) vidi cum matre legentem,
Alter ab undecimo tum me jam coeperat annus:
Iam fragiles poteram a terra contingere ramos.

et noſter infra v. 637. ſeq.

Namque procelloſo ſubjungitur Orioni,
Aeſtiferumque canem roſcida praeda fugit.

Eandem

Pandimus obliquo lintea flexa ſinu.
Paulliſper fugimus littus Minione vadoſum:
Suſpecto trepidant oſtia parva ſolo.

Inde

279. *Munione* pleraeque edd. Goetz habet *Paulliſper littus fugimus Mynione vadoſum.* 180. *hoſtia.* al. ſed idem eſt ac *oſtia* praepoſito tantum *h*, ſic ut ſupra 237. pro *auſtro* al. habent *hauſtro. trepidant horia parva ſalo* habet Damm. cf. ſupra 185. *crepitant* coni. Weſſeling. obſervat. lib. II. cap. 30. p. 278. *Suſpenſo trepidant oſtia parva ſolo* leg. Cruſ. p. 60.

Eandem fere ideam noſtri feſtive exprimit Seneca in Medea Act. I. v. 96. ſeqq. et Virgil. Lib. III. Aeneid. v. 589. *Gruber.*

v. 278. *Pandimus obliquo lintea flexa ſinu*, i. e. explicamus, vel aperimus, vel deducimus vela contracta. *Virgil.* III. Aeneid.

Velorum pandimus alas.

Ovid. III. Metam. v. 639. ſeq.

— Meque jubent pictae dare vela carinae.
Dextera Naxos erat. Dextra mihi lintea danti,
Quid facis, o demens? Quis te furor, inquit, Acoete,
Pro ſe quisque, tenet? Laevam pete.

Horatius Epod. XVI. v. 25. ſeqq.

Sed juremus in haec: Simul imis ſaxa renarint
Vadis levata, ne redire ſit nefas:
Neu converſa domum pigeat dare lintea quando
Padus Matina laverit cacumina etc.

et Idem Lib. I. Carm. 14. v. 9. *integra lintea.* Hic *linteum* etiam velum ſignificat nauticum. *Idem.*

v. 279. *Minione* alii *Mynione.* *Minio* eſt fluvius Etruriae, nunc *Mignone* dictus, cujus et meminit Pomp. Mela Lib. II. cap. 4. *Idem.*

v. 280. *Suſpecto trepidant oſtia parva ſolo*, id eſt, *feſtinant*, ita *Virgil.* IX. Aeneid. v. 114.

Ne trepidate meas Teucri defendere naves.

i. e. *Ne feſtinetis*, ut *Servius* explicat, et *Nonius Marcellus* cap. 1. *Ab Almeloveen.*

Plura apud poëtas obvia ſunt loca, ubi *trepidare* idem quod feſtinare, properare ſive celeriter ſe movere ſignificat, ita *Phaedr.* Lib. III. Fab. 16.

— — — Noctua egreſſa e cavo
Trepidantem conſectata eſt, et leto dedit.

i. e. pro-

Inde Graviscarum fastigia rara videmus,
Quas premit aestivae saepe paludis odor:
Sed nemorosa viret densis vicinia lucis,
Pineaque

282. *Quas premis aestivae saeve paludis odor.* coni. Markland. ad Stat. Silv. III. 173. 283. *numerosa* coni. Leander.

i. e. properantem et ex unguibus noctuae effugere cupientem.

Ovid. I. Metam. v. 505. seqq.

— — *Sic agna lupum, sic cerva leonem,*
Sic aquilam penna fugiunt trepidante columbae;
Hostes quaeque suos.

penna trepidante i. e. celeriter se movente.

Virgil. Georg. Lib. IV.

Tum trepidae inter se coeunt, pennisque coruscant.

Horatius I. Epist. 10. v. 30. seq.

Purior in vicis aqua tendit rumpere plumbum,
Quam quae per pronum trepidat cum murmure rivum;

id est, propere manat sive cum sonitu celeriter labitur, ut Lambinus interpretatur.

Horatius II. Carm. 4. v. 21. seq.

Brachia, et vultum, teretesque suras
Integer laudo: fuge suspicari,
Cujus octavum trepidavit aetas
Claudere lustrum.

i. e. Cujus aetas cucurrit seu properavit finire octavum quinquennium h. e. quadragesimum annum. Adde Virgil. Lib. III. Aeneid. v. 616. et 666. *Gruber.* Quid autem *hostia parva* sint, non recte percipio, *horia* legi posse censebat *Petrius Ciacconius,* quod est genus navigii, graece dicitur ἁλιὰς in *Onomastico.* Stephanus navicula, cymba, ita etiam *Hesychius,* Ἁλιάδες, μικρὰ σκαφίδια, quod convenit cum nostro auctore, qui paullo ante (v. 219. seq.);

Progredimur parvis per litora proxima cymbis
Quarum perfugio crebra pateret humus.

De hoc genere navigii vide *Baysium* de re navali, pag. 98. ed. St. *Ab Almeloveen.*

v. 281. *Graviscarum.* Horum Italiae locorum, quae apud nostrum hic occurrunt, etiam mentionem facit Pompon. Mela Lib. II. cap. 4. *Ultra Pyrgi, Minio, Castrum novum, Graviscae, Cossa, Telamon, Populonia, Cecina, Pisae, Etrusca et loca et nomina.* Gruber.

Pineaque extremis fluctuat umbra fretis.
Cernimus antiquas, nullo custode, ruinas,
Et desolatae moenia foeda Cosae.
Ridiculam cladis pudet inter seria caussam
Promere: sed risum dissimulare piget.
Dicuntur cives quondam, migrare coacti,
Muribus infestos deseruisse Lares.
Credere maluerim Pygmaeae damna cohortis,

Et

287. *Ridiculum clades* coni. idem. 291. *Pygmeae* al.

v. 284. *Pineaque extremis fluctuat umbra fretis.* Describit umbras arborum in mare usque fuisse productas. Ita *Ausonius* in Mosella. v. 190. seqq.

— — — Frondere videntur
Fluminei latices, et palmite consitus amnis
Quis color ille vadis, seras cum protulit umbras
Hesperus et viridi perfundit monte Mosellam?
Tota natant crispis juga montibus, et tremit absens
Pampinus, et vitreis vindemia turget in undis;
Annumerat virides derisus navita vites,
Navita Caudiceo fluitans super aequora lembo,
Per medium qua se amni confundit imago
Collis, et umbrarum confinia conserit amnis.

Ab Almeloveen.

v. 291. *Credere maluerim pygmaeae damna cohortis.* Athénaeus Lib. IX, ex Basilide, Pygmaeos in India cum gruibus decertare, perdicibusque uti prò vehiculo, perhibet. Pygmaei sunt perparvi homines in India, qui ternos quadrantes non excedunt, ut Poëtae finxerunt. Qua de re Mantuanus:

Inter Pygmaeos non pudet esse brevem.

et Juvenal. Sat. XIII. v. 167. seqq.

Ad subitas Thracum volucres, nubemque sonoram
Pygmaeus parvis currit bellator in armis:
Mox impar hosti raptusque per aëra curvis
Unguibus a saeva fertur grue. Si videas hoc
Gentibus in nostris, risu quatiare: sed illic
Quanquam eadem assidue spectentur praelia, ridet
Nemo,

Et conjuratas in ſua bella grues.
Haud procul hinc petitur ſignatus ab Hercule portus.
Vergentem ſequitur mollior aura diem.
Inter caſtrorum veſtigia ſermo retexit
Sardoam, Lepido praecipitante, fugam.
Littore namque Coſae cognatos depulit hoſtes
Virtutem Catuli Roma ſecuta ducis.
Ille tamen Lepidus peior, civilibus armis

Qui

295. *Juvia Caſtrorum* coni. Leand. 296. *Sardoum Lepido* coni. id. *lepido* al.

Nemo, ubi tota cohors pede non eſt altior uno.

et Idem Sat. VI. v. 503. ſeqq.

— — — Cedo, ſi breve parvi
Sortita eſt lateris ſpatium, breviorque videtur
Virgine Pygmaea, nullis adjuta cothurnis,
Et levis erecta conſurgit ad oſcula planta.

Planta eſt tota pedis ſuperficies inferior cum digitis per quam ſe erigit vel elevat ad oſcula, ad parvitatem matronae exprimendam brevioris virgine Pygmaea, quae, ut perhibent, eſt breviſſima. Pomp. Mela Lib. III. cap. 8. *Fuere interius Pygmaei, minutum genus, et quod pro ſatis frugibus contra grues dimicando defecit.* Solin. cap. 10. *Quondam urbem Geraniam, Cathizon barbari vocant; unde a gruibus Pygmaeos ferunt pulſos.* Vide et Plinium Lib. VII. cap. 3. et Gellium Lib. IX. cap. 4. *Gruber.*

v. 296. *Lepido.* De bello civili ſub Lepido conſ. Florus Lib. III. cap. 23. *Idem.*

v. 299. *Virtutem Catuli Roma ſecuta ducis.* Hic Q. Luctatius Catulus Conſul primo bello Punico finem impoſuit, qui contra Poenos cum Amilcare duce profectus eſt. Cf. Florus Lib. II. cap. 2. *Luctatio Catulo Conſule tandem bello finis impoſitus apud inſulas, quibus nomen Aegates. — Itaque momento temporis laceratae hoſtium rates, totum inter Siciliam Sardiniamque pelagum naufragio ſuo operuerant.* Et Idem Lib. III. cap. 23. *Sed jam*

Milvium

Qui geſſit ſociis impia bella tribus:
Qui libertatem, Mutinenſi Marte receptam,
Obruit auxiliis, Urbe pavente, novis.
Inſidias paci moliri tertius auſus,
Triſtibus excepit congrua fata reis,
Quartus, Caeſareo dum vult irrepere regno,
Inceſti poenam ſolvit adulterii.
Nunc quoque, ſed melius, de noſtris fama queratur:
Iudex poſteritas ſemina dira notet.
Nominibus certos credam decurrere mores?
Moribus an potius nomina certa dari?

Quid-

300. *ſocius* ed. vetuſt. i. e. Summont. Vid. Barth. Adverſ. Lib. VI. cap. 26. 302. *urbe ſavente* omnes vett. edd. excepta Onuphr. et Caſtal. quae habent *urbe pavente*. Damm. habet *orbe pavente*. Heinſ. mal. *urbe patente*. 304. *exegit* coni. Heinſ. 307. Vett. edd. poſt *melius* ponunt comma, al. poſt *quoque* diſtinguunt. *Nunc quoque, Di melius,* vel *Hunc quoque: ſed melius* coni. Burm. *queretur* al. 309. ſignum interrog. al. omittunt poſt *mores*.

Milvium pontem, collemque Ianiculum Lucatius Catulus Cn. Pompejus, Sullanae dominationis duces atque ſigniferi, alio exercitu inſederant. A quibus primo ſtatim impetu (Lepidus) retro pulſus, hoſtisque a ſenatu judicatus, incruenta fuga in Etruriam, inde Sardiniam receſſit: ibique morbo et poenitentia interiit. Victores, quod non timere alias in civilibus bellis, pace contenti fuerunt. Gruber.

v. 300. *Qui geſſit ſociis* Barthius Adverſar. Lib. VII. cap. 16. in vetuſtiſſima editione *ſocius* legi ait. *Ab Almeloveen.*

Quidquid id est, mirus Latiis annalibus ordo,
  Quod lepidum toties recidit ense malum.
Necdum decessis pelago permittimur umbris.
  Natus vicino vertice ventus adest.
Tenditur in medias Mons Argentarius undas,
  Ancipitique jugo caerula curva premit.

Trans-

312. *rescidit* coni. Burm. al. *Lepidum*.. 313. *discussis* coni. Almelov. *discussis* vel *detersis* Heins. *permittitur* edd. vett. cf. vers. 321. 314. *vicinio* mendose Onuphr. 4. *vortice* al. cf. infra 640. 316. pro *curva* coni. Leander *rura*, quod recepit Damm. Ni obstaret metri ratio, legere mal. Almel. *cava* ex Ennii Menalyppe ap. Macrob. Saturnal. VI. 4.

v. 313. *Nec, dum decessis pelago permittimur umbris.* Fortasse elegantius leges *discussis*. Idem.

v. 314. *Vicino vortice.* Veteribus namque opinio erat ventum e maris motu oriri; uti notat Servius ad Virgil. Aen. Lib. I. v. 84. n. 23; Senecae vero Nat. Quaest. et Isidoro Orig. XIII. 11. aër commotus et agitatus dicitur; Barthius legendum putat *vertice;* quasi de Argenterii montis vertice proveniens, quae poëtarum fuit opinio. *Ab Almeloveen.*

v. 315. *Tenditur in medias mons Argentarius undas.* Post Populoniam statuo Cherronesum ingentem, seu promontorium in mare excurrens, quod *Montem Argentarium* vocant, cui uno in latere D. Stephani oppidum, altero portus Herculis, Annius *montem Volcentarium* appellandum contendit, ab urbe Etruscorum *Volce*, quam Antoninum et Catonem adserit memorare, quaeque vicina ipsi fuit promontorio, nec procul Roseto, ut Volaterranus perhibet, nunc propemodum exstincta tota, *Voce*que dicta, pro *Volce*. Addit Annius voculam *Vol*, antiquissimum et priscum significare. *Ce* vero, vel *Cen*, nihil aliud est, quam aes aut argentum; hinc *montem Argentarium*, nunc pro *Volce* vocari, seu corruptione seu interpretatione. Merula Cosmograph. Part. II. Lib. IX. cap. 6. *Ab Almeloveen.*

v. 316. *Ancipitique jugo caerula curva premit.* Omnes fere editio-

Transversos collas bis ternis millibus artat;
  Circuitu ponti ter duodena patet:
Qualis per geminos fluctus Ephyrëius Isthmos
  Jonias bimari littore findit aquas.

Vix

317. *bisternis* Chytr. et Reusner. 2. *milibus* al. cf. supra 250. pro *artat* coni. Leand. *effert.* 318. *terduodena* Chyt. et Reusner. 2. 319. *Isthmus* al. *Qualis inter geminos fluctus Ephyreius Isthmos Ionias bim. litt. finit aquas*, vel tantum vs. 320. *finit aquas?* coni. Burm.

editiones habent *curva*, Leander emendat levi mutatione *rura*. Eleganter, ni metri obstaret ratio, legeretur *cava*, sic enim Ennius in Menalyppe apud Macrobium Saturn. VI. cap. 4.

Lumine sit tremulo terra et cava caerula candent.

Ab Almeloveen.

v. 319. *Ephyreius isthmos Ionias bimari litore findit aquas.* Isthmos cuiuscunque dicitur tractus terrae angustus inter duo maria, (*eine schmale Erdzunge zwischen zweyen Meeren*), nimirum in Peloponneso inter maria Aegaeum et Jonium, prope Corinthum, de quo hic sermo est; et inter Euxinum et Caspium mare. Ephyra sive Ephyre postea Corinthus est nuncupata; et patronymicum Ephyreias et adjectivum Ephyraeus atque Ephyreius apud poëtas haud raro est obvium, e. g. aqud Claudianum de bello Getico

Scilicet Argolicas Ephyreiadesque puellas
Coeperat et pulchras jam fastidire Lacaenas.

Lucan. Lib. VI.

Insedit castris Ephyraeaque moenia servat.

et Virgil. II. Aeneid.

Illusasque auro vestes Ephyreaque aera.

Huius isthmi Corinthiaci et meminit Seneca in Thyeste Act. IV. v. 627. seqq.

Quaenam ista regio est, Argos et Sparte pios
Sortita fratres? et maris gemini premens
Fauces Corinthos?

et Ovid. Lib. I. Trist. Eleg. 10. v. 5. seq.

Aut postquam bimarem cursu superavimus Isthmon:
Alteraque est nostrae sumta carina fugae.

Gruber.

Vix circumvehimur sparsae dispendia rupis;
Nec sinuosa gravi cura labore caret:
Mutan-

321. *circumvehitur* Reusn. 2. vid. vs. 313. 322. *rura - carent* vel *terra - caret* coni. Almel. *ripa - caret* Burm.

v. 321. *Dispendia rupis.* Dispendium dicitur via obliqua, et quae per ambages aliquo ducit, si Lucanus Lib. VIII. v. 2. *dispendia silvae* dixit. *Ab Almeloveen.* In eodem sensu dispendia etiam occurrunt apud Martialem Lib. IX. Epigr. 102. v. 1. seq.

Tu qui longa potes dispendia ferre viarum,
I liber absentis pignus amicitiae.
Vilis eras, fateor: si te nunc mittere tento,
Grande tui pretium muneris auctor erit.
Multum, crede mihi, refert, a fonte bibatur
Qui fluit, an pigro quae stupet unda lacu.

Gruber.

v. 322. *Nec sinuosa gravi cura labore caret.* Fateor haec me non capere. Loquitur enim, se circumvehi dispendiis sparsae rupis atque itineris varietate, modo secundo, modo adverso uti vento; quo itaque referendum haec verba sunt, non video, facile autem si legeris:

Nec sinuosa gravi rura labore carent.

Quod optime congruit, si quidem vitantes extentas rupes, saepius cursum ratis debuere flectere, idque etiam propter sinuosa rura, i. e. curva, quae effugere, labore gravi non caret; accedit, uti dixi, itineris flexus, qui spiramina toties mutarunt, sed dicet aliquis nimis longe me recedere a litterarum ductu, si ex *cura* faciam *rura*, mihi id equidem non videtur, cum Leander paullo ante ex *curva*, *rura* fecerit, ubi illa vox *curva* glossa fuit textui inserta, loco vocis explicitae, nunquam enim litora non sunt curva et sinuosa. *Valer. Flaccus* Argon. Lib. II. v. 451.

— — — *Dum litora blando*
Anfractu sinuosa legunt.

Et ibid. III. v. 277.

Is gemitus toto sinuosa per aequora coelo.

Claudian. de bello Gildanico insulam sinuosam:

Humanae speciem plantas sinuosa figurat
Insula.

Posses etiam legere:

Nec sinuosa gravi labore caret.

Ab Almeloveen.

Adde Senecam in Troad, Act. III. v. 828.

Aut maris lati sinuosa Troezen?

Gruber.

Mutantur toties vario ſpiramina flexu.
  Quae modo profuerant vela, repente nocent.
Eminus Igilii ſilvoſa cacumina miror:
  Quam fraudare nefas laudis honore ſuae.
Haec proprios nuper tutata eſt inſula ſaltus
  Sive loci ingenio, ſeu domini genio;

Gurgite

324. *non* edd. vett. *nunc* al. *iam* coni. Barth. 325. *ſinuoſa* Reuſn. 2.

v. 323. *ſpiramina* vel ſpiramenta h. e. ventorum flatus commutantur diverſo *flexu* maris, qui proſperum ventorum uſum mox in adverſum dirigit. *Gruber.*

v. 325. *Eminus Egilii ſilvoſa.* Reusneri editio *ſinuoſa.* Ab Almeloveen.

Equidem praelaturus ſim priorem lectionem poſteriori, ſilvoſa enim cacumina in inſula, uti Igilium, Egilium vel Aegilium, hodie *Giglio,* in mari mediterraneo eſt, procul dubio obvia eſſe poſſunt, nec eſt, quod vox ſilvoſa mutetur in ſinuoſa. *Silvoſus* idem eſt quod *ſilviger*, et apud Livium *ſaltus duo alti ſilvoſique*, apud Plinium vero *ſilvigeri montes* occurrunt, nec dubito, quin in inſula Egilio cacumina montium ſilvoſa reperiantur, navigantibusque ſint obvia, vel in oculos incurrant. *Gruber.*

v. 327. *Haec proprios nuper tutata eſt inſula ſaltus*, i. e. haec inſula non ita multo ante protegit vel defendit h. e. alit proprios ſaltus. Saltum a nemore et luco differre, neminem fugiet, ſaltus enim eſt, ut ait Valla, ſilva in qua paſci et aeſtivare pecudes poſſunt. *Gruber.*

v. 328. *Sive loci ingenio.* Ingenium antiquos dixiſſe pro *natura* ex Nonio Marcello non modo citat Guilielmus Fornerius Selectionum Lib. I. cap. 2. ſed multis exemplis etiam probat, quae notanda eſſent iis praeſertim medicis, qui verba, prout offendunt, conſueverunt interpretari. Ab Almeloveen.

In eodem ſenſu ingenium etiam occurrit apud Ovid. Lib. V. Triſt. Eleg. 10. v. 17. ſeq.

Nil extra tutum eſt: tumulus defenditur aegre
Moenibus exiguis ingenioque loci.

Gruber.

Seu domini genio. Genius hic arbitrium, voluntatem ſive animum domini deſignat, cuius interfuit, inſulam ſilvis ornare. Gruber.

Gurgite quum modico victricibus obstitit armis,
　Tanquam longinquo dissociata mari:
Haec multos lacera suscepit ab Urbe fugatos;
　Hic fessis posito certa timore salus.
Plurima terreno populaverat aequora bello
　Contra naturam classe timendus eques.
Unum, mira fides, vario discrimine portum
　Tam prope Romanis, tam procul esse Getis.

Tangimus

335. *mira quies* vel *mira vides* vel *vera fides* conj. Burm.

v. 329. *Gurgite cum modico victricibus obstitit armis* i. e. vertex modicus, h. e. aquarum congeries profunda non admodum magna, supra quam aquae vertuntur in gyrum, impedimento fuit quo minus arma victricia in insulam penetrare possent. *Gruber.*

v. 330. *Tanquam longinquo dissociata mari*, i. e. quasi magno maris intervallo esset disjuncta et remota. Ovid. I. Metam. v. 25.

Dissociata locis concordi pace ligavit.

Idem.

v. 332. *Hic fessis posito certa timore salus*, i. e. hic curis sollicitudineque affectis est certum profugium, abstrahere se a timore atque incolumes vitam degere possunt. *Idem.*

v. 336. *tam procul esse Getis*, De Getis vide quae supra ad v. 141. adnotavimus. Horat. Lib. III. Carm. 24. v. 10. seqq.

Campestres melius Scythae,
　(Quorum plaustra vagas rite trahunt domos)
Vivunt, et rigidi Getae:
　Immetata quibus jugera liberas
Fruges et Cererem ferunt:
　Nec cultura placet longior annua,
Defunctumque laboribus
　Aequali recreat sorte vicarius.

Gruber.

Tangimus Umbronem: non eſt ignobile flumen;
Quod tuto trepidas excipit ore rates.
Tam facilis pronis ſemper patet alveus undis,
In pontum quoties ſaeva procella ruit.
Hic ego tranquillae volui ſuccedere ripae:
Sed nautas, avidos longius ire, ſequor.
Sic feſtinantes ventusque diesque relinquit;
Nec proferre pedem, nec revocare licet.
Littorea noctis requiem metamur arena:

Dat

338. *toto* Burm. 339. *Tam* cett. edd. 341. forſ. *Hinc* coni. Kapp. cf. ſupra 71. et 101. 343. *feſtinantem* al. *reliquit* al. 345. *metemur* Sitzm. et Barth.

v. 337. *Tangimus Umbronem non eſt ignobile flumen.* Illud deſcribit Merula Cosmogr. Part. II. Lib. IV. cap. 11. Qui, inquiens, Umbrone vulgo Umbro (alius ab eo, qui ad dextram Arno jungitur), eſt apud Plinium, Antoninum et in Itineraria Tabula; ὄμβρος Stephano; ex montibus oritur inter Senam et Aretium, ſupra Aſcianum, juxta D. Gniſmetii Caſtellumque novum.

— — — Augetur fluviis cum aliis, tum in dexteriore quidem ripa *Arbia*, qui in montibus ſupra Caſtellinum ortus, hiſtoriis Florentinis celebris, *Treſſam*, *Soram*, et *Silam* recipit; item *Merſa*; in ſiniſteriore autem *Orcia*, quem *Aſſus*, *Formoque*, et alii ingrediuntur. *Ab Almeloveen.*

v. 345. *Transverſus ſubito culmine contus erat*, i. e. pertica, qua nautae, ad fluminis vel maris altitudinem percontandam atque inveſtigandam, utuntur, transverſa in locum ſubiti tecti vel columinis ſuccedebat. Virgil. Eclog. I. v. 82. ſeq.

Et jam ſumma procul villarum culmina fumant:
Majoresque cadunt altis de montibus umbrae.

Ovid. Lib. I. Metam. v. 295. ſeq.

Ille ſupra ſegetes aut merſae culmina villae
Navigat.

et

Dat veſpertinos myrtea ſilva focos:
Parvula ſubjectis facimus tentoria remis;
Transverſus ſubito culmine contus erat.
Lux aderat; tonſis progreſſi, ſtare videmur;
Sed curſum prorae terra relicta probat.
Occurrit chalybum memorabilis Ilva metallis,
Qua nihil uberius Norica gleba tulit;
Non Biturix largo potior ſtrictura camino,

Nec

347. *ſubrectis* coni. Heinſ. et Gronov. ad Senec. Thyeſt. 54. p. 105. ed. 1682. 348. *culmina* coni. Barth. 352. *nihil* al.

et Livius *Culmen aedis Jovis fulmine ictum.* Summam tecti partem *(den Forſt des Hauſes)* deſignat culmen, vel potius columen, quod ex Vitruvii ſententia materia eſt ſuſpenſa, quae totius aedificii faſtigium percurrit et ſuſtinet. Livius Lib. XXXVII. cap. 11.

Contis binis a prora prominentibus trullis ferreis multum conceptum ignem prae ſe portabant. Gruber.

v. 351. *Occurrit chalybum memorabilis Ilva metallis.* Ilva eſt inſula in mari Tuſco ferax metallorum hodie *Elva.* Hinc Virgil. X. Aeneid.

Aſt Ilva trecentos
Inſula inexhauſtis Chalybum generoſa metallis.

Chalybes ſunt populi in Ponto celebres ferro praeſtanti, quod ab iis chalybs nuncupatur. Horum meminit Pomp. Mela Lib. I. cap. 19. Chalybs eſt metalli ſpecies purior, ſincerior duriorque ferro ſub nomine *Stahl* nota, nec cum ferro confundenda, ut ex Senecae Hercul. Oetaeo Act. I. v. 152. liquet,

Ferrum ſentit hebes; lentior eſt chalybs.

et ex Ovid.

Aes erat in pretio, Chalybis jam maſſa placebat.

Idem.

v. 353. *Biturix.* Lucan. Lib. I.

Et Biturix longisque leves Axonas in armis.

Bituriges ſunt Galliae Aquitaniae populi, quorum Plinius Lib. IV. cap. 19. meminit. *Idem.*

Non Biturix ſtrictura largo camino potior, i. e. non ferrum candens Biturigum, quod in largo camino ad cudendum paratur, eſt prae-

Nec quae Sardoo cespite massa fluit.
Plus confert populis ferri fecunda creatrix,
Quam Tartessiaci glarea fulva Tagi.

Materies

354. *Sardonio* al. 355. *foecundia* Chytr. mendose. In veteri i. e. Summontina edit. hunc locum asterisco notatum esse testatur Barth. ergo coniecit: *fecunda cicatrix.*

praestantius metallo Ilvae. Strictura in sensu proprio est massa terrea, ex qua ferrum sit, Plinio teste Lib. XXXIV. cap. 14. et hinc stricturae etiam scintillas ferri candentis, cum cuditur, designant, ut liquet ex Virgil. VIII. Aeneid. v. 416. seqq.

Insula Sicanium juxta latus, Aeoliamque
Erigitur Liparen, fumantibus ardua saxis:
Quam subter specus, et Cyclopum exesa caminis
Antra Aetnaea tonant, validique incudibus ictus
Auditi referunt gemitum striduntque cavernis
Stricturae chalybum et fornacibus ignis anhelat:
Vulcani domus, et Vulcania nomine tellus.

Gruber.

v. 354. *Nec quae Sardonio cespite massa fluit.* Est hic metri vitium. Graecis σαρδώνιος. Itaque legendum Sardoo, ut paullo ante scripsit:

Sardoam, Lepido praecipitante, fugam.

Semel tamen iterumque apud Graecos σαρδόνιος legitur, sed Latinos tertiam ante ultimam corripere non memini. *Graevius.* Nobilissimus Nicolaus Heinsius in notis ad Claudianum p. 326. emendat:

Nec quae Sardoo cespite massa fluit.

Ab Almeloveen. *Massa* hic idem quod strictura, ex qua fit ferrum, *Sardiniae*, insulae in mari mediterraneo, quae a filio Herculis Sardo sic est dicta, *non est potior*, i. e. praestantior *massa chalybum Ilvae.* Gruber.

v. 355. *Plus confert populis ferri fecunda creatrix* i. e. plus prodest sive majorem adfert utilitatem populis insula Ilva, quae in terrae visceribus alit ferrum, idque abundanter gignit.

v. 356. *Quam Tartessiaci glarea fulva Tagi,* i. e. quam aurea arena fluminis Tagi Lusitanici, Tartessus enim civitas Hispaniae juxta Herculis columnas fuit, postea

Materies vitiis aurum letale parandis:
Auri caecus amor ducit, in omne nefas:

E 2 Aurea

357. *fatale parandis* vel *patrandis* coni. Burm.

ltea Carteja dicta teste Pomp. Mela Lib. II. cap. 6. et Strabone Lib. III. Hic fluvius aureas arenas volvens in Lusitania a poëtis crebro celebratur, ut Martial. Lib. X. Epigr. 16. v. 2. seqq.

Accipe Callaicis quicquid fodit Astur in arvis,
Aurea quicquid habet divitis unda Tagi,
Quicquid Erythraea niger invenit Indus in alga,
Quicquid et in nidis unica servat avis,
Quidquid Agenoreo Tyros improba cogit aëno.

Juvenal. Sat. XIV. v. 298. seqq.

Sed cujus votis modo non suffecerat aurum
Quod Tagus, et rutila volvit Pactolus arena etc.

Seneca in Herc. fur. Act. V. v. 1323. seqq.

Quis Tanais, aut quis Nilus, aut quis Persica
Violentus unda Tigris, aut Rhenus ferox,
Tagusve Ibera turbidus gaza fluens,
Abluere dextram poterit?

Ovidius in Amorum Lib. I. Eleg. 15. v. 34.

Cedat et auriferi ripa beata Tagi

Seneca in Thyeste Act. II. v. 353. seqq.

Non quidquid fodit Occidens,
Aut unda Tagus aurea
Claro devehit alveo:
Non quidquid Libycis terit
Fervens area messibus.

et Solinus Cap. XXIII. *Ibi (in Lusitania) oppidum Olisipone, Ulyssi conditum: ibi Tagus flumen. Tagum ob arenas auriferas caeteris ibi amnibus praetulerunt.* Idem.

v. 358. *Auri - nefas.* Hinc Iuvencus Lib. II. v. 444. seq.

Non auri argentive domet possessio mentem;
Nec vos nummorum subigat scelerata cupido.

Avaritiam contemnendam et cane et angue peius esse fugiendam, quia in omne ducit nefas, Rutilius docet. Hoc etiam suadent Ovid. Fast. Lib. I. v. 21. qui in avaritiam invehitur:

Opum furiosa cupido

Lucanus

Divitis auri imperiosa fames,
et habendi saeva libido.

Virgilius Lib. III. Aeneid.

quid non mortalia pectora cogis
Auri sacra fames?

et Plautus in Capt.

Odi ego aurum, multa multis saepe suasit perperam.

Gruber.

Aurea legitimas expugnant munera tedas,
Virgineosque sinus aureus imber emit.
Auro victa fides munitas decipit urbes:

Auri

359. *legitimus* mendose Sitzm. et Barth. *expugnat* mendose Onuphr. 2.

v. 359. *Aurea legitimas expugnant munera tedas.* Eiusmodi perfidiae conjugalis exemplum adferunt Cicero: *Eriphylen, accepimus in fabulis, ea cupiditate fuisse, ut, cum vidisset monile (opinor) ex auro et gemmis, pulchritudine ejus incensa, salutem viri proderet.* Et Horat. Lib. III. Carm. 16. v. 11. seqq.

— — — — *Concidit Auguris*
Argivi domus, ob lucrum
Demersa excidio.

Gruber.

v. 360. *Virgineosque sinus aureus imber emit.* Alludit noster ad Danaës fabulam, quae unica Acrisii, Argivorum regis, filia erat. Inclusa turri a patre monito se esse periturum a manu eius, qui ex filia nasceretur. Acrisius vero fraudem effugere non potuit, Jupiter enim in aureum imbrem se mutans, in puellae gremium decidit, atque ab eo praegnans est facta. Cf. Horatius Lib. III. Carm. 16. v. 1. seqq.

Inclusam Danaën turris ahenea
Robustaeque fores, et vigilum canum
Tristes excubiae munierant satis
Nocturnis ab adulteris:
Si non Acrisium, virginis abditae
Custodem pavidum, Iupiter et Venus
Risissent: fere enim tutum iter et patens,
Converso in pretium Deo.
Aurum per medios ire satellites,
Et perrumpere amat saxa, potentius
Ictu fulmineo.

Idem.

v. 361. *Auro victa fides munitas decipit urbes.* Et hanc nostri assertionem exemplo illustrant Cicero Lib. I. Epist. ad Attic. *Philippus, Alexandri Magni pater, omnia castella expugnari posse dicebat, in quae asellus, auro onustus, possit ascendere.* Et Horat Lib. III. Carm. 16. v. 13. seq.

— — — — *diffidit urbium*
Portas vir Macedo, et subruit aemulos
Reges muneribus: munera navium
Saevos illaqueant duces.

et Ovidius.

Aurum

Auri flagitiis ambitus ipſe furit.
At contra ferro ſqualentia rura coluntur,
Ferro vivendi prima reperta via eſt;
Saecula ſemideum, ferrati neſcia Martis,
Ferro crudeles ſuſtinuere feras:
Humanis manibus non ſufficit uſus inermis,

Si

Aurum omnes victa jam pietate colunt;
Auro pulſa fides, auro venalia jura,
Aurum lex ſequitur etc.
Idem.

v. 364. *Ferro vivendi prima reperta via eſt.* Plinius Lib. XXXIV. cap. 14. *Ferrum,* inquit, *optimum peſſimumque vitae eſſe inſtrumentum.* Idem.

v. 365. *Saecula ſemideum ferrati neſcia Martis,* i. e. ſaecula quibus ſemideus ferro muniti belli incognitus erat. Reſpicit noſter aetatem auream, quam Ovidius Lib. I. Metam. v. 89. feſtive deſcribit:

Aurea eſt aetas prima ſata, quae, vindice nullo,
Sponte ſua ſine lege fidem rectumque colebat.
Poena metusque aberant, nec verba minacia fixo
Aere legebantur: nec ſupplex turba timebant
Iudicis ora ſui: ſed erant ſine vindice tuti.
Nondum caeſa ſuis, peregrinum ut viſeret orbem,
Montibus, in liquidas pinus deſcenderat undas:
Nullaque mortales praeter ſua littora norant,
Nondum praecipites cingebant oppida foſſae:
Non tuba directi, non aeris cornua flexi,
Non galeae, non enſis erant. Sine militis uſu
Mollia ſecurae peragebant otia mentes etc.
Idem.

v. 367. *Humanis manibus non ſufficit uſus inermis etc.* i. e. homines non contenti ferro ſunt ad utilitatem ſuam promovendam, ſed ad arma telaque letifera eo utuntur, quod factum eſſe aetate ferrea perhibet Ovid. Lib. I. Metam. v. 137. ſeqq.

Nec tantum ſegetes alimentaque debita dives
Poſcebatur humus; ſed itum eſt in viſcera terrae:
Quasque recondiderat, Stygiisque admoverat umbris,
Effodiuntur opes irritamenta malorum.

Tam-

Si non sint aliae ferrea tela manus.
His mecum pigri solabar taedia venti:
Dum resonat variis vile celeusma modis.

Laxatum

369. *sanabar* edd. vett. 370. *celeuma* al.

Iamque nocens ferrum, ferroque nocentius aurum
Prodierat: prodit bellum, quod pugnat utroque:
Sanguineaque manu crepitantia concutit arma,
Vivitur ex rapto. Non hospes ab hospite tutus,
Non socer a genero: fratrum quoque gratia rara est:
Imminet exitio vir conjugis, illa mariti etc.

Idem.

v. 370. *Vile celeusma.* Est illud carmen, quod a nautis solet cani; vide, quae ad Quinctiliani Lib. I. Institution. Orator. cap. 10. notavit Colemesius in notis ad hunc auctorem; quem nos dudum illustrare fuimus aggressi; quapropter, quae de hoc aliisque carminum generibus nobis sunt observata, tunc latius prosequemur. *Ab Almeloveen.* Celeusma sive Celeuma in sensu proprio clamorem nauticum mutuamque hortationem navem remigio promovendi vel carbasa legendi vel vela dandi ventis vel alium laborem nauticum viribus suscipiendi unitis denotat, hic vero carmen nauticum laetum atque alacre designat, quod eo tempore nautae cantare solent, quo per vada tarda navigant, ut liquet ex Martialis Lib. III. Epigr. 64. v. 1. seqq. de pigris nautis:

Cessatis pueri, nihilque nostis
Veientone asinoque pigriores:
Quorum per vada tarda navigantes,
Lentos tingitis ad Celeuma remos.
Iam prono Phaëthonte sudat Aethon,
Exarsitque dies, et hora lassos
Interjungit equos meridiana.
At vos tam placidas vagi per undas
Tuta luditis otium carina.
Non nautas puto vos, sed argonautas.

et ex eiusdem Lib. IV. Epigr. 64. v. 18. seqq.

Illic Flaminiae, Salariaeque
Gestator patet, essedo tacente,
Nec blando rota sit molesta somno,
Quem nec rumpere nauticum Celeuma,
Nec clamor valet helciariorum.

Gruber.

Laxatum cohibet vicina Faleria curſum,
  Quamquam vix medium Phoebus haberet iter,
Et tum ſorte hilares per compita ruſtica facti
  Mulcebant ſacris pectora feſſa jocis.
Illo quippe die tandem renovatus Oſiris
  Excitat

371. *laſſatum* Onuphr. et Siml. 372. *obiret* coni. Heinſ. Forſ. hi verſus ſic ſunt ex coniectura Kappii legendi:

Quamquam vix medium Phoebus haberet iter.
Illo quippe die tandem renovatus Oſiris
  Excitat in fruges germina laeta novas.
Et tum forte hilares per compita ruſtica facti
  Mulcebant ſacris pectora feſſa iocis.

et in vſ. 373. pro *Et tum* legendum eſſe putat: *Nam tum. ſagi* edd. vett. *pagi* al. *vagi* contra metrum coni. Simler. 375. *Oſyris* al.

v. 373. *per compita ruſtica* i. e. per quadrivia agrorum, in quibus compitalia id eſt feriae compitalitiae peragi ſolebant, quae poſt Calendas Ianuarias celebrabantur, nec non dies feſti Cereris, qui ineunte vere peragebantur et ſignum agriculturae renovandae erant. *Idem.*

v. 375. *renovatus Oſyris* i. e. agricultura renovata, Oſirim enim Aegyptios agriculturam docuiſſe et aratrum reperiſſe perhibent, qua de re ab iis poſtea pro Deo eſt cultus, et ſuo nomine agricultura ipſa deſignari ſolebat. Tibullus Lib. I. Eleg. 7. v. 27. ſeqq.

Te canit, atque ſuum proles miratur Oſirim,
  Barbara Memphiten plangere docta bovem.
Primus aratra manu ſolerti fecit Oſiris,
  Et teneram ferro ſollicitavit humum.
Primus inexpertae commiſit ſemina terrae,
  Pomaque non notis legit ab arboribus:
Hic docuit teneram palis adjungere vitem:
  Hic viridem dura caedere falce comam.
Illi

Excitat in fruges germina laeta novas.
Egreſſi, villam petimus, lucoque vagamur:
Stagna placent ſepto delitioſa vado.
Ludere laſcivos inter vivaria piſces
Gurgitis incluſi laxior unda facit.
Sed male penſavit requiem ſtationis amoenae
Hoſpite conductor dirior Antiphate.

Namque

377. *petimusque* al. *lutoque* al. *ludoque* al. *lateque* coni. Heinſ. ad Ovid. Metam. XIII. 903. 378. *Delicioſa* Reuſn. 2. *deſidioſa* coni. auct. obſ. miſc. 380. *finit* al. 382. *convictor* mal. Heinſ. *durior* cett.

Illi jucundos primum matura
ſapores
Expreſſa incultis uva dedit
pedibus. etc.

Gruber.

v. 379. *Inter vivaria piſces.* Vivarium proprie locus eſt, in quo animalia, ſive coeleſtia, ſive terrena, ſive aquatica aluntur. Piſces vero ubi degunt, piſcinae appellantur, de quibus elegantem librum edidit *Ianus Dubravius,* Epiſcopus Glumucenſis, Hermanni Conringii cura poſtea recuſus eſt. *Ab Almeloveen.*

v. 381. *male penſavit* h. e. compenſavit requiem ſtationis navis amoenae. *Gruber.*

v. 382. *Antiphate.* Quis Antiphatum duro hoſpitio clarus fuit, non plane in promtu eſt. Extiterunt duo Antiphates, unus nothus Sarpedonis filius erat, cuius meminit Virgil. IX. Aeneid.

Et primum Antiphatem (is
enim ſe primus agebat)
Thebana de gente nothum
Sarpedonis alti.

alter vero Laeſtrigonum rex, de quo Ovidius Lib. XIV. Metam. v. 233. ſeqq.

Inde Lami veterem Laeſtry-
gonis, inquit, in urbem
Venimus. Antiphates terra
regnabat in illa.
Miſſus ad hunc ego ſum, nume-
ro comitante duorum:
Vixque fuga quaeſita ſalus
comitique mihique
Tertius e nobis Laeſtrigonis
impia tinxit
Ora cruore ſuo: fugientibus
inſtat, et agmen
Concitat Antiphates, coëunt,
et ſaxa trabesque
Continuant: merguntque vi-
ros, merguntque carinas.

Una

Namque loci querulus curam Iudaeus agebat,
Humanis animal dissociale cibis.
Vexatos frutices, pulsatas imputat algas;
Damnaque libatae grandia clamat aquae.
Reddimus obscenae convicia debita genti,
Quae genitale caput propudiosa metit:

Radix

385. *calcatas computat* mal. Heins. 386. *libetae* Onuphr. 4. 387. *oscenae* Bonon.

Una tamen, quae nos ipsumque vehebat Ulyssen
Effugit.

Et Tibullus Lib. IV. in Panegyr. Messalae v. 58. seqq.

Vexit et Aeolios placidum per Nerea ventos,
Incultos adiit Laestrigonas, Antiphatenque
Nobilis Artaciae gelida quos irrigat unda.
Solum nec doctae verterunt pocula Circes:
Quamvis illa foret Solis genus, apta vel herbis,
Aptaque vel cantu veteres mutare figuras.

Adde Horat in arte poëtica v. 145. Posteriorem fuisse, de quo noster agit, verisimillimum est, nam humana vesci carne adsuetus traditur. *Gruber.*

v. 383. *Namque loci querulus curam Iudaeus agebat.* Iudaeus ut ex versu praecedenti liquet, conductor loci erat (der Pachter). Rutilius non contentus conductore invehitur in Iudaeos et se profitetur inimicum eorum, quod praecipue adparet ex versu 395. seq.

Atque utinam, nunquam Iudaea subacta fuisset
Pompeii bellis, imperioque Titi!

Idem.

v. 388. *Quae genitale caput propudiosa metit,* i. e. quae omni pudore exuto praeputium ponit. Non dubitamus, adferre locum ex Juvenal. Satir. XIV. v. 96. seqq. ubi Romanos carpit, quod jus Iudaicum ediscant:

Quidam sortiti metuentem sabbata patrem,
Nil praeter nubes, et coeli numen adorant;
Nec distare putant humana carne suillam;
Qua pater abstinuit, mox et praeputia ponunt.
Romanas autem soliti contemnere leges,
Judaicum ediscunt, et servant, ac metuunt jus,
Tradidit

Radix ſtultitiae: cui frigida ſabbata cordi;
Sed cor frigidius relligione ſua eſt.
Septima quaeque dies turpi damnata veterno,
Tanquam laſſati mollis imago Dei.
Caetera mendacis deliramenta cataſtae,
Nec pueros omnes credere poſſe reor.
Atque utinam, nunquam Iudaea ſubacta fuiſſet
Pompeii bellis, imperioque Titi!

Latius

390. *religione* al. cf. ſupra 13. 392. *Quamquam* Onuphr. 4.

Tradidit arcano quodcumque volumine Moyſes.
Non monſtrare vias, eadem niſi ſacra colenti:
Quaeſitum ad fontem ſolos deducere verpos.
Sed pater in cauſſa: cui ſeptima quaeque fuit lux
Ignava, et partem vitae non attigit ullam.
Sponte tamen juvenes imitantur caetera: ſolum
Inviti quoque avaritiam exercere jubentur.
Idem.

v. 389. *frigida ſabbata* i. e. feſta Iudaeorum, quae Perſius Sat. V. v. 184. recutita ſabbata vocat:
Labra moves tacitus, recutitaque ſabbata palles.
Idem.

v. 391. *turpi damnata veterno,* i. e. improbata turpi lethargo h. e. immodica ſomni cupiditate, quia Iudaei ſeptima quaque die ex lege Moſaica omni vacant labore, quam vacationem laboris noſter veterno aequiparat. Virgil. 1 Georgicorum
— — *pater ipſe colendi*
Primus agros movit curis acuens mortalia corda,
Nec torpere gravi paſſus ſua membra veterno.
Idem.

v. 393. *Cetera mendacis deliramenta cataſtae,* i. e. reliqua ſunt delirationes mendacium ſervorum, cataſta enim machina eſt, in qua ſervi venales exponi ſolebant, et hic contentum pro re contenta poſitum, cataſta namque in proprio ſenſu mendacio neminem fallere poteſt, et hinc ſervi, qui in ea exponebantur, ſub cataſtae voce ſunt intelligendi, qui mendacium frequenter dicunt. Quid deliratio ſive deliramentum ſit, explicat Cicero de Senect. *Iſta ſtultitia (quae deliratio appellari ſolet) ſenum levium eſt, non omnium.* Gruber.

Latius excisae pestis contagia serpunt,
Victoresque suos natio victa premit.
Adversus surgit Boreas: sed nos quoque remis
Surgere certamus, cum tegit astra dies.
Proxima securum reserat Populonia littus,
Qua naturalem ducit in arva sinum.
Non illic positas extollit ad aethera moles
Lumine nocturno conspicienda Pharos:

Sed

397. *gentis* Damm. 400. *cum* al. 401. *referat* coni. Leand. 403. *in* al. cf. supra 203. *extollit aethera* mendose Goetz.

v. 397. *Latius excisae pestis contagia serpunt.* His verbis innuit, religionem judaicam se latius opinione disseminare, cuius principia contagiis comparat pestis excisae. *Serpere* idem quod repere, paulatim progredi et praecipue de contagiis dici solet. Virgilius in Georg. Lib. III. v. 469.

Dira per incautum serpant contagia vulgus.

et Martial. Lib. I. Epigr. 79. v. 1. seq.

Indigna premeret pestis cum tabida fauces
Inque ipsos vultus serperet atra lues.

Idem.

v. 401. *Populonia.* Servius ad Virgil. Aeneid. X. v. 172. *Populonia civitas Tusciae: quidam Populoniam post XII. populos in Etruria constitutos, populum ex insula Corsica in Italiam venisse et condidisse dicunt. Alii Populoniam Volaterranorum coloniam tradunt. Alii Volaterranos Corsis eripuisse Populoniam dicunt.* Promontorii meminit Merula Cosmogr. Part. II. Lib. IV. cap. 6. In Etruria Populonium est; Ποπλώνιον Straboni et Ptolemaeo, nomen habens ab urbe *Populonia*, maritima, hodie penitus excisa, neminique habitata, vulgo *Porto Baratto.* Ab Almeloveen.

v. 404. *Pharos* sive Pharus in sensu proprio insulam in Aegypto sic dictam, cuius Plinius Lib. XXVI. cap. 11. et Pomp. Mela Lib. II. cap. 7. meminit, et turrim excelsam in navigantium opem noctu lucerna instructam ibi existentem et in mare se porrigentem designat, hic vero per Synecdochen pro quacunque eiusmodi turri ad hunc usum destinata, nostris *Leucht-* sive *Wartthurm* dicta, accipiendum esse, nullus sit haesitaturus. *Gruber.*

Sed ſpeculam validae rupis ſortita vetuſtas,
Qua fluctus domitos arduus urguet apex,
Caſtellum geminos hominum fundavit in uſus,
Praeſidium terris, indiciumque fretis.
Agnoſci nequeunt aevi monumenta prioris;
Grandia conſumſit moenia tempus edax.

Sola

405. *ſpeculum* edd. vett. 407. *fraudavit* vel *fraudaris* edd. vett.

v. 405. *Sed ſpeculum* vel ſpecula in Phari locum ſuccedit, cuius naturam et duplicem uſum deſcribit, quod nempe praeſidium terris atque indicium fretis ſit, in ſpecula enim lumen vel focus accendi ſolet, quod navigantes ſequantur. Plin. jun. Lib. III. epiſt. 18. *Poſteris, velut e ſpecula, lumen, quod ſequantur, oſtendere, idem utilitatis habet, arrogantiae nihil.* Gruber.

v. 406. *Qua fluctus domitos arduus urguet apex*, i. e. qua altum rupis cacumen fluctus domat et cohibet. *Idem.*

v. 410. *Grandia conſumſit moenia tempus edax.* Tempus omnia mollire vetuſtatemque omnia edere et attenuare, experientia docuit, deque vi temporis cf. Ovidius Lib. XV. Metam. v. 234. ſeqq.

Tempus edax rerum, tuque invidioſa vetuſtas
Omnia deſtruitis: vitiataque dentibus aevi
Paulatim lenta conſumitis omnia morte.
Haec quoque non perſtant, quae nos elementa vocamus.

Tibullus Lib. I. Eleg. 4. v. 15. ſeqq.

Sed te ne capiant, primo ſi forte negarit,
Taedia: paullatim ſub juga colla dabit.
Longa dies homini docuit parere leones,
Longa dies molli ſaxa peredit aqua.
Annus in apricis maturat collibus uvas:
Annus agit certa lucida ſigna vice.

et Ovidius Lib. IV. Triſt. Eleg. 6. v. 1. ſeqq.

Tempore ruricolae patiens fit taurus aratri,
Praebet et incurvo colla premenda jugo,
Tempore paret equus lentis animoſus habenis,
Et

Sola manent interceptis veſtigia muris:
Ruderibus late tecta ſepulta jacent.
Non indignemur, mortalia corpora, ſolvi?
Cernimus exemplis, oppida poſſe mori.
Laetior hic noſtras crebreſcit fama per auras:
Conſilium Romam paene redire fuit.
Hic Praefecturam ſacrae cognoſcimus Urbis
Delatam meritis, dulcis amice, tuis.

Optarem,

412. *latis* pleraeque al. *altis* legi poſſit, ni contra metrum; forſan vero *ruderibusque*; τὸ que enim facile per abbreviaturam deleri potuit. Et quamvis Noſtro duo membra coniungere haud ſolemne fuit, id tamen nonnumquam reperies. cf. 434. *Kapp.* 413. *Non-ſolvi*, al. *Neve* coni. Heinſ. 414. *opida* Goetz. cf. ſupra v. 223 et 224. 415. *crebeſcit* Onuphr. 2. 4.

Et placido duros accipit ore lupos.
Tempore Poenorum compeſcitur ira leonum;
Nec feritas animo, quae fuit ante, manet,
Quaeque ſui monitis obtemperat Iuda magiſtri
Bellua, ſervitium tempore victa ſubit.
Tempus, ut extentis tumeat, facit, uva racemis,
Vixque merum capiant grana, quod intus habent,
Tempus et in canas ſemen producit ariſtas;
Et, ne ſint triſti poma ſapore, facit.
Hoc tenuat dentem terras renovantis aratri,
Hoc rigidas ſilices, hoc adamanta terit,
Hoc etiam ſaevas paullatim mitigat iras:
Hoc minuit luctus, moeſtaque corda levat.
Cuncta poteſt igitur tacite pede lapſa vetuſtas
Praeterquam curas attenuare meas.

Idem.

Optarem verum complecti carmine nomen;
Sed quosdam refugit regula dura pedes.
Cognomen versus servet, carissime Rufi:

Illo

419. *veterum* Castal. 421. 422. *versu Veneris* edd. vett. *versans Veneris* Castal. *serva Veneri* coni. Barth. *versu Veneri* Burm. in text. coniecit praeterea:

Cognomen versu Veneris *carissime Rufi*,
Nullo conclusum *pagina nostra canit.*

vel *Non ullo. clausum.* Graev. coni.

Cognomen versu Veneri *carissime Rufi*,
Illoto *dudum pagina nostra canit.*

et in Epist. *Et illoto nudum. Illotae nudum* coni. Heins. in Epist. ad Graev. L IV. Syll. p. 381. et orae Cod. adscripserat. Idem margini Cod. adscripserat *invito:* in sua lectione Dammium sequutus est Kapp. nec dubitavimus, eam etiam in texum recipere, quia reliquas antecellit.

v. 419. *Optarem verum complecti carmine nomen.* Laudat hanc Rutilii in servanda metri ratione religionem *Sirmondus ad Sidon.* Lib. IX. epist. 16. ubi in hujus invehitur licentiam, qui Saturnini carmen in carmine Sapphico posuerat prima correpta, quod et *Prudentius* ante eum fecerat, in eodem nomine, et *Martialis* Lib. IX. epigr. 12. Earino, ac *Terentianus* in Pariambo. Adducit praeterea vetus epitaphium Romae repertum, quod duplicis licentiae arguit: id ita se habet:

Θ K
Φιλήτῳ τόδε σῆμα κατοιχομένῳ συνομεύνῳ
Ἀβασκαντίς γαμετὰ μνημοσύνης ἕνεκεν.

In φιήτῳ videlicet ectasin observat, in ἀβασκαντίς, pleonasmum. Sed, quod ad prius quidem attinet, non videtur sane esse necesse, ut ad licentiam huc recurramus, eam quam plurima prostent probatissimorum poëtarum exempla primum in φιλός vel φιλεῖν, et quae ab his derivantur, syllabam subinde producen-

Illo te dudum pagina nostra canit.

Festa

ducentium. Pergit deinde Sirmondus et VOLUSIANI praefecturam, quam ei delatam gratulatur hoc loco Rutilius confirmat, allegando VOLUSIANI ipsius P. V. edictum adversus *Coelestium* haereticum. Titulum vero hujus itinerarii ita redintegrandum statuit, ut sit: AD RUFIUM VENERIUM VOLUSIANUM, cum *Volusiani* nomen sine dubio proprium fuerit isti viro, cui tamen non fuisse descriptum, neque alii cuiquam, supra nos docuit *Castalio*. Ab Almeloveen.

v. 421. *Cognomen versu Veneris, carissime Rufi,*
Illo te dudum pagina nostra canit.

Non est corruptior locus in hoc poëmate, sic autem refingendus est:

Cognomen versu, Veneri carissime Rufi
Illoto dudum pagina nostra canit.

Optarat in praecedenti disticho totum Volusiani nomen ponere, sed id modum syllabarum non ferre, et tamen inquit, dudum illud innui, *versu* nimirum 168:

Rufius, Albini gloria summa patris:
Qui Volusi antiquo derivat stemmate nomen.

Illoto versu, est rudi et inculto, indocto. Gell. Lib. XVII. Noct. Attic. cap. 5. *Sed enim beneficos liberalesque dixerit, neque alius modi isti sunt, quam cujus esse eos supra dixerat. Illotis quod ajunt pedibus et verbis reprehendi doctissimi hominis orationem.* Auctor declamationis in Sallustium: *Neque enim, qui ita vixit ut tu, aliter ac tu loqui potest; neque, qui tam illoto sermone utitur, vita honestior est.* Sed hoc in loco *illotus sermo*, est turpis, obscenus. *Graevius.*

Inscriptiones, in quibus Rufii, ac Volusiani fit mentio, collegit Castalio, iis adjunge, quas suppeditat Reinesius Inscript. class. II. 16. Romae in hortis Iustin.

DD. NN. VALENTINIANUS
ET. VALENS AUGUSTI
ORNATUI PUBLICO
CONSTITUI LOCARIQ.
IUSSERUNT.
ADMINISTRANTE RUFO
VOLUSIANO V. C.
PRAEF. PRAET. PRAEF.
URBI. IUD. ITERUM
SIBI . . . COC . . .

IUDICE ITERUM SAcRatum cognitionum: ita vocatur in 6 CCLXXXV, vide ad 22 *Adpend.*

RUFIO VOLUSIANO
V. C.
CORRECTORI CAM
PANIAE

Vide, quae ad hanc inscriptionem multa erudita congessit solidissimus in istis litteris *Th. Reinesius* Append. 22. *Ab Almeloveen.*

Feſta dies, pridemque meos dignata Penates,
Poſte coronato vota ſecunda colat:
Exornent virides communia gaudia rami:
Provecta eſt animae portio magna meae.
Sic mihi, ſic potius placeat geminata poteſtas:
Per quem malueram, rurſus honore fruar.
Currere curamus velis, Aquilone reverſo,
Cum primum roſeo fulſit Eous equo.
Incipit obſcuros oſtendere Corſica montes,
Nubiferumque caput concolor umbra levat.
Sic dubitanda ſolet gracili vaneſcere cornu,
Defeſſisque oculis Luna reperta latet.
Haec ponti brevitas auxit mendacia famae:
Armentale ferunt quippe nataſſe pecus,
Tempore, Cyrnaeas quo primum venit in oras,
Forte ſecuta vagum femina Corſa bovem.
Proceſſu pelagi jam ſe Capraria tollit:

Squalet

429. *conamur* vel *certamus* conj. Heinſ. 434. *repente* aliis placere dicit Caſtal. 435. *fama* caſu ſexto conj. Caſtal. 437. *Cyrneas* al. *primus* mendoſe Barth. et Almel.

v. 430. *Corſica.* Plinius Lib. III. *In Liguſtico mari eſt Corſica, quam Graeci Cyrnon vocavere, ſed Thuſco propior.* Et Pomp. Mela Lib. II. cap. 7. *Duae grandes, fretoque diviſae Corſica et Sardinia, quarum Corſica Etruſco litori propior, intra latera tenuis et longa, praeterquam, ubi Aleria et Mariana coloniae ſunt, a Barbaris colitur.* Et Solinus Cap. III. *Gruber.*

v. 439. *Capraria.* Hujus inſulae maris mediterranei hodie *Capraia*

Squalet lucifugis inſula plena viris.
Ipſi ſe monachos Graeco cognomine dicunt,
Quod ſoli nullo vivere teſte volunt.
Munera fortunae metuunt, dum damna verentur.
Quisquam ſponte miſer, ne miſer eſſe queat?
Quaenam perverſi rabies tam ſtulta cerebri,
Dum mala formides, nec bona poſſe pati?
Sive ſuas repetunt ex fato ergaſtula poenas?
Triſtia ſeu nigro viſcera felle tument?
Sic nimiae bilis morbum adſignavit Homerus
Bellero-

441. *monacos* al. *graio* plér. al.

444. *Quisquam eſt ſponte miſer, ne miſer eſſe queat.* al. *eſt* al. omittunt, ut et ſignum interrog. cf. ſupra 37.
Quisquam an *ſponte miſer, ne miſer eſſe queat?* coni. Heinſ. Burmannus vero:
Quis ſit *ſponte miſer, ne miſer eſſe queat?* et Cruſ. p. 60. ſeq.
Quisque eſt *ſponte miſer, ne miſer eſſe queat.*

445. *Quae nam* Onuphr. 2. Sign. interrog. al. poſt *cerebri* ponunt. 446. forſ. *formident* coni. Kapp. *tot mala poſſe pati* mal. Burm. 448. et ſeq. Sign. interrog. omittunt. al.

praia dictae et mentionem facit Pomp. Mela l. c. *Ultra aliquot ſunt parvae (inſulae) Dianium, Igilium, Carbania, Urgo, Ilva, Capraria.* Gruber.

v. 444. *Quisquam ſponte miſer, ne miſer eſſe queat.* Imitatus eſt Martialem (Lib. II. Epigr. 80).

Hoſtem cum fugeret, ſe Fannius ipſe peremit,
Hic, rogo, non furor eſt, ne moriare, mori?

Graevius.

Bellerophonteis ſollicitudinibus:
Nam juveni offenſo, ſaevi poſt tela doloris,
Dicitur humanum diſplicuiſſe genus.
In Volaterranum, vero Vada nomine, tractum
Ingreſſus, dubii tramitis alta lego.
Deſpectat prorae cuſtos, clavumque ſequentem
Dirigit, et puppim voce monente regit.
Incertus gemina diſcriminat arbore fauces,
Defixasque offert limes uterque ſudes:
Illis proceras mos eſt adnectere lauros
Conſpicuas ramis et fructicante coma,
Ut, praebente algam denſi ſymplegade limi,
Servet

450. *Bellerophontaeis* al. 455. *Deſpectat* pleraeque cett. 457. *Incertus* edd. vett. *inſertus* conj. Barth. Auct. obſ. miſc. ſic legit:

Incertas gemina diſcriminat arbore fauces,
Defixasque offert limes utrinque ſudes.

v. 457. *Incertus gemina diſcriminat arbore fauces*, i. e. cuſtos prorae ſive rector vel magiſter navis dubius diſcernit ſeu diſtinguit, ac inveſtigat duplici arbore anguſtias maris, ut navis ne ſcopulum haud intellectum offendat et frangat, atque hac cura adhibita naufragium effugiat. *Gruber.*

v. 458. *Defixas offert limes uterque ſudes*, i. e. terminus uterque offert vallos defixos. Virgil. II. Georgic.

Quadrifidasve ſudes, et acuto robore vallos.

Idem.

v. 461. *Ut, praebente algam denſi ſymplegade limi, ſervet inoffenſas ſemita clara notas*, h. e. ut, ſi complexio vel ſcopulus exhibet algam, herbam marinam, ſignum luti condenſi, vadum clarum ſervet illaeſa veſtigia. Martial. Lib. XI. Epigr. 100. v. 5.

Si conſtringantur gemina ſymplegade culi etc.

Idem.

Servet inoffenſas ſemita clara notas.
Illic me rapidus conſiſtere Corus adegit,
Qualis ſilvarum frangere luſtra ſolet.
Vix tuti domibus ſaevos toleravimus imbres.
Albini patuit proxima villa mei.
Namque meus, quem Roma meo ſubjunxit honori,
Per quem jura meae continuata togae.
Non exſpectatos penſavit laudibus annos;
Vitae flore puer, ſed gravitate ſenex.
Mutua germanos junxit reverentia mores,
Et favor alternis crevit amicitiis.

F 2 Prae-

463. *corvus* Onuphr. 1. 2. 3. 4. 472. *alteris* mendoſe Goetz.

v. 463. *rapidus conſiſtere Corus adegit.* i. e. velox Corus ſive Caurus, occidentalis ventus, ab aliis et Iapix dictus, me coëgit ſiſtere curſum. Cf. Virgilius Lib. III. Aeneid. v. 126. et Tibull. L. I. Eleg. 5.

v. 464. *qualis ſilvarum frangere luſtra ſolet,* i. e. qualis ferarum habitacula vel latibula ſilvarum evertere ſolet. In hoc ſenſu *luſtra* etiam occurrunt apud Virgilium Lib. III. Aeneidos v. 645. ſeqq.

Tertia jam Lunae ſe cornua lumine complent,
Cum vitam in ſilvis, inter deſerta ferarum
Luſtra domosque traho, vaſtosque ab rupe Cyclopas
Proſpicio, ſonitumque pedum, vocemque tremiſco.

et apud Eundem Lib. IV. Aeneid. v. 150. ſeqq.

Poſtquam altos ventum in montes, atque invia luſtra,
Ecce ferae ſaxi dejectae vertice caprae
Decurrere jugis: alia de parte patentes
Tranſmittunt curſu campos, atque agmina cervi
Pulverulenta fuga glomerant, montesque relinquunt.

Gruber.

Praetulit ille meas, cum vincere poſſet, habenas:
 Praedeceſſoris major amore fuit.
Subjectas villae vacat adſpectare ſalinas:
 Namque hoc cenſetur nomine ſalſa palus,
Qua mare terrenis declive canalibus intrat,
 Multifidosque lacus parvula foſſa rigat.
Aſt, ubi flagrantes admovit Sirius ignes,
 Cum pallent herbae, cum ſitit omnis ager;
Cum cataractarum clauſtris excluditur aequor,

Ut

480. *ſqualent* coni. Heinſ. 481. *Cum* edd. vett.

v. 479. *Aſt, ubi flagrantes admovit Sirius ignes etc.* Sirius eſt ſtella, quae et Canicula dicitur, fulgens ſole ingreſſo in Leonem ſive in ſidus Cleonaeum, quo tempore vapor atque ardor ſolis aeſtivi arenas accendit meſſesque perurit. Idcirco Plinius Lib. II. cap. 40. *Caniculae,* inquit, *exortu accendi ſolis vapores quis ignorat?* Perſius Sat. III. v. 5. ſeqq.

— — *ſiccas inſana Canicula meſſes*
Jam dudum coquit, et patula pecus omne ſub ulmo eſt.

Tibullus Lib. I. Eleg. 7. v. 21. ſeq.

Qualis et arentes cum findit Sirius agros,
Fertilis aeſtiva Nilus abundet aqua.

Et Virgilius Lib. X. Aeneid. v. 272. ſeqq.

Non ſecus, ac liquida ſi quando nocte Cometae
Sanguinei lugubre rubent, aut Sirius ardor,
Ille ſitim morbosque ferens mortalibus aegris
Naſcitur, et laevo contriſtat lumine coelum.

Gruber.

v. 481. *Cum cataractarum clauſtris excluditur aequor,* i. e. cum mare repellitur et continetur clauſum cataractis h. e. metonymice portis penſibilibus, quae pro neceſſitate demitti atque attolli poſſunt, cataractae enim alias inundationes repente irruentes deſignant, quae vero ſignificatio ob adjectam

Ut fixos latices torrida duret humus.
Concipiunt acrem nativa coagula Phoebum,
Et gravis aeſtivo cruſta calore coit;
Haud aliter quam quum glacie riget horridus Iſter,
Grandiaque adſtricto flumine plauſtra vehit.
Rimetur ſolitus naturae expendere cauſſas,
Inque pari diſpar fomite quaerat opus.
Vincta fluenta gelu conſpecto ſole liqueſcunt,

Et

482. *horrida* pleraeque aliae. 484. *colore* al. 485. *riget* omitt. Goetz. 487. *ſolitas* al. *natura* Sitzm. Barth. cf. vſ. 435. 488. *quaerant* Goetz. 489. *Juncta* pleraeque al.

adjectam vocem clauſtris hic locum habere non videtur. Redde: *Wenn das Meer durch Schleuſen abgehalten wird, damit das ſtehende Waſſer in dem rauhen Erdboden verſiege oder vertrockne.* Gruber.

v. 482. *Ut fixos latices horrida duret humus*, h. e. ut fontes irriguos aſpera et hiſpida terra exſiccet, terra enim ſolis aeſtu omni humore deſtituta latices h. e. quoslibet humores aquae in terrae venis latentes quaſi imbibit. In eodem ſenſu *latices* occurrunt apud Livium: *Montes, quia nullos apertos evergerent rivos, occultos continere latices ſpem faciebant* et Ovidium in loco infra allato. *Idem.*

v. 485. *Haud aliter quam cum glacie horridus Iſter etc.* Eandem ideam ita exprimit Ovidius Lib. III. Triſt. Eleg. 10. v. 29. ſeqq.

Caeruleos ventis latices durantibus Iſter
Congelat, et tectis in mare ſerpit aquis.
Quaque rates ierant, pedibus nunc itur; et undas
Frigore concretas ungula pulſat equi,
Perque novos pontes ſubter labentibus undis
Ducant Sarmatici barbara plauſtra boves.

Idem.

Et rursus liquidae sole gelantur aquae.
O, quam saepe malis generatur origo bonorum!
Tempestas dulcem fecit amara moram:
Victorinus enim, nostrae pars maxima mentis,
Congressu explevit mutua vota suo.
Errantem Tuscis considere compulit agris,
Et colere externos, capta Tolosa, Lares.
Nec tantum in duris nituit sapientia rebus:
Pectore non alio prosperiora tulit.
Conscius Oceanus virtutum, conscia Thule,

Et

493. fors. *pars nostrae* Kapp. *gentis* coni. Burm. 496. *Excolere* vett. edd. 497. cett. *in* omittunt. 498. *Pectora non alio* edd. vett. *Pectora non alius* viris doctis placere adnotat Castal. et hoc praefert Heins. ad Ovid. Metam. IX. 99. 499. Pro *Conscius* al. *Consulis*.

v. 490. *gelantur* idem quod gelu rigent vel durantur. Juvenalis Sat. VI. v. 94. seqq.

— — — justa pericli
Si ratio est, et honesta; timent, pavidoque gelantur
Pectore, nec tremulis possunt insistere plantis:
Fortem animum praestant rebus, quas turpiter audent.

Gruber.

v. 493. *nostrae pars maxima mentis.* Sic et Persius Sat. V. v. 21. seqq.

Secreti loquimur: tibi nunc, hortante Camoena,
Excutienda damus praecordia, quantaque nostrae
Pars tua sit Cornute animae, tibi, dulcis amice,
Ostendisse juvat, pulso dignoscere cautus,
Quid solidum crepet, et picta tectoria linguae.

Idem.

v. 496. *Tolosa* urbs Galliae Narbonensis nobilissima etiam *Tectosagum* a Plinio dicta. *Idem.*

v. 499. *Thule* seu Thyle est teste Plinio insularum ultima ultra Britanniam ideoque remotissima earum insularum, quae Romanis erant notae. Hujus insulae meminerunt Virgilius Lib. I. Georgic. v. 30. seq.

— tibi

Et quaecumque ferox arva Britannus arat:
Qua Praefectorum vicibus ſrenata poteſtas
Perpetuum magni fenus amoris habet.
Extremum pars illa quidem diſceſſit in orbem,
Sed tanquam medio rector in orbe fuit.
Plus palmae eſt, illos inter voluiſſe placere,
Inter quos minor eſt diſplicuiſſe pudor.
Illuſtris nuper ſacrae Comes additus aulae,
Contemſit ſummos, ruris amore, gradus.

Hunc

500. *quicunque* al. *quacunque* mal. Heinſ. 502. *foedus* mal. Heinſ. *Perpetui magnum foenus amoris* coni. Burm. 503. *ſors* mal. Heinſ.

— — tibi ſerviat ultima Thule,
Teque ſibi generum Tethys emat omnibus undis.

Statius Lib. IV. Silvarum. IV. v. 62:

Aut Rheni populus, aut nigra littora Thules.

Iuvenalis Sat. XV. v. 111. ſeq.

Gallia cauſſidicos docuit facunda Britannos,
De conducendo loquitur jam rhetore Thule.

Solinus Cap. XXII. *Multae et aliae circum Britanniam inſulae, e quibus Thyle ultima, in qua aeſtivo ſolſtitio ſole de cancri ſidere faciente tranſitum nox paene nulla: brumali ſolſtitio dies adeo conductus, ut ortus junctus ſit occaſui.* Et Pompon. Mela Lib. III. cap. 6. *Thule Sacarum litori oppoſita eſt, Grajis et noſtris celebrata carminibus. In ea, quod ibi ſol longe occaſurus exſurgit, breves utique noctes ſunt: ſed per hiemem ſicut aliubi obſcurae; aeſtate lucidae, quod per id tempus jam ſe altius evehens, quanquam ipſe non cernatur, vicino tamen ſplendore proxima illuſtrat, per ſolſtitium vero nullae, quod tum jam manifeſtior non fulgorem modo, ſed ſui quoque partem maximam oſtentat.* Idem.

v. 505. *Plus palmae eſt*, i. e. plus victoriae et honoris eſt. *Idem.*

Hunc ego complexus, ventorum adverſa feſelli,
  Dum videor patriae jam mihi parte frui.
Lutea protulerat ſudos aurora jugales:
  Antennas tendi littoris aura jubet.
Inconcuſſa vehit tranquillus apluſtria flatus,
  Mollia ſecuro vela rudente tremunt.
Adſurgit ponti medio circumflua Gorgon,
  Inter Piſanum Cyrniacumque latus.

Adver-

511. *ſudas* Sitzm. Barth. Almel. mendoſe. 512. *unda* al. 516. *Cyrnaicumque* al. *Cyrcaicumque* Goetz. *littus* coni. Simler.; at contra metrum.

v. 511. *Lutea protulerat ſudos aurora jugales*, i. e. crocea aurora protulerat diem ſerenum, ſudum enim ſubſtantive ſerenitatem coeli indicat, hic vero adjectivum ſudus ſubſtantive uſurpatur, quod ex adjecta voce jugalis liquet. Sudi jugales hinc nihil aliud deſignare poſſunt, quam ſerenum coelum nulla nube obſitum, ſeu ab nulla nube disjunctum, ſic etiam deſcribit ſerenum Ovidius:

Nube ſolet pulſa clarior ire dies.

Gruber.

v. 512. *Antennas tendi littoris aura jubet.* Antenna eſt lignum per transverſam in malo poſitum, in quo velum alligatur, hic vero antennas tendi vel tolli nihil aliud denotat, quam vela tendi. *Idem.*

v. 513. *Inconcuſſa vehit tranquillus apluſtria flatus*, i. e. tranquillum venti ſpiramen vehit non commota ornamenta navis malo impoſita. Apluſtre ſive ampluſtre eſt vexillum nauticum *die Flagge*, apluſtria vero, teſte Feſto, ſunt quaevis ornamenta navium ſupervacua. Juvenalis Sat. X. v. 135. ſeqq.

Bellorum exuviae, truncis affixa tropaeis
Lorica, et fracta de caſſide buccula pendens,
Et curtum temone jugum, victaeque triremis
Apluſtre etc.

Idem.

v. 515. *Gorgon* parva inſula in mari Tyrrheno. *Idem.*

Adverſus ſcopulos, damni monumenta recentis:
Perditus hic vivo funere civis erat.
Noſter enim nuper, juvenis majoribus amplis,
Nec cenſu inferior, conjugiove minor,
Impulſus Furiis, homines Divosque reliquit,
Et turpem latebram credulus exſul agit.
Infelix putat, illuvie coeleſtia paſci;
Seque premit laeſis ſaevior ipſe Deis.
Non, rogo, deterior Circëis ſecta venenis?
Tunc mutabantur corpora; nunc animi.
Inde Triturritam petimus: ſic villa vocatur,
Quae jacet expulſis inſula paene fretis.

Namque

517. *Adverſus ſcopulos* pleraeque al. *Avertor* vel *averſor* coni. auct. obſ. miſc. *monimenta* Goetz. 522. *crudelis* Onuphr. 2. mendoſe, itaque margini exemplaris manus docta adſcripſit *flebilis* cf. ſupra I. 128. Kapp. 525. *Nam* al. *Num* Goetz. *Circaeis* pleraeque al. 527. *Trituritam* Onuphr. 2. 4. 528. *latet* al. *Qua iacet excluſis inſula pene fretis* coni. Cruſ. p. 61.

v. 519. *majoribus amplis*, i. e. ab atavis praeclaris ſeu nobili de ſtirpe natus. *Idem.*

v. 525. *Circaeis venenis*, quae Circe Homeri venefica paraverat. Homer. X. Odyſſeae perhibet, Circen Ulyſſis ſocios mutaſſe in ſues. Hinc Cicero in Verr. *Repente ex homine tanquam aliquo Circae poculo factus eſt Verres* i. e. porcus maſculus per amphibologiam h. e. homo libidinibus atque impuritati deditus. Et Horatius Lib. I. Epiſt. 2. v. 23. ſeqq.

Sirenum voces, et Circes pocula noſti:
Quae ſi cum ſociis ſtultus cupidusque bibiſſet,
Sub domina meretrice fuiſſet turpis et excors:
Vixiſſet canis immundus, vel amica luto ſus.

Idem.

Namque manu junctis procedit in aequora ſaxis;
Quique domum poſuit, condidit ante ſolum.
Contiguum ſtupui portum, quem fama frequentat
Piſarum emporio, divitiisque maris.
Mira loci facies. Pelago pulſantur aperto,
Inque omnes ventos littora nuda patent:
Non ullus tegitur per brachia tuta receſſus,
Aeolias

533. Poſt *facies* pleraeque al. diſtinctionem tollunt et legunt *pulſatur*. 535. *Nonnullus* al.

v. 531. *Contiguum ſtupui portum*, h. e. cohaerentem nulloque intervallo disjunctam portus ſtructuram ſum admiratus cum ſtupore, vel ad ſtuporem usque. Stuporem ſequi ſolere admirationem, res eſt notiſſima, praecipue ſi nobis quaedam in oculos incurrunt, quae nunquam ante vidimus. Hinc et Martialis Lib. V. Epigr. 64. v. 3. admirationem et ſtuporem conjungit:

Admiror, ſtupeo: nihil eſt perfectius illis,
Ipſe tuo cedit Regulus ingenio.

Adde Iuvencum Lib. I. v. 731. ſeqq.

Talia dicentem magna admiratio plebis
Immenſum ſtupuit, quoniam tranſcenderet alte
Doctrinam veterum Chriſto conceſſa poteſtas.

et Eundem Lib. III. v. 58. ſeqq.

Ipſe ſed in primis, mirata virginis arte,
Attonitus ſtupuit: tunc praemia cuncta patere
Iuratus ſpondet, quaecunque puella petiſſet.

Herodes enim ſaltandi artem, qua filia virgo reginae pollebat, eſt admiratus cum ſtupore. Et Valerium Maximum Lib. III. cap. 2. n. 1. *Unus* (Horatius Cocles) *itaque tot civium, tot hominum in ſe oculos convertit*, ſtupentes illos admiratione, *hos inter laetitiam et metum haeſitantes etc.* Gruber.

v. 535. *Aeolias poſſit qui prohibere minas*, i. e. qui vento reſiſtere eumque arcere poſſit. Aeolus eſt ventorum rex, et aeoliae minae ſunt ipſe ventus, quem Aeolus minatur.

Aeolias possit qui prohibere minas:
Sed procera suo praetexitur alga profundo,
Molliter offensae non nocitura rati;
Et tamen insanas cedendo interligat undas,
Nec sinit ex alto grande volumen agi.
Tempora navigii clarus reparaverat Eurus:

Sed

538. *Mollitur* mendose Onuphr. 4. 539. *interrigat* edd. vett. *interripit* coni. Burm. et Cruf. p. 61. tunc hic vero elementa, e quibus *interrigat* formatum est, hoc modo superfuisse putabat, st... g... et inde coni. *strangulat.* 541. *navigiis repararat Eous* mal. Heins. ut supra I. 430. et infra II. 29.

v. 537. *Sed procera suo praetexitur alga profundo*, i. e. sed herba marina in longitudinem excreta vel producta cooperit altitudinem suam. *Idem.*

v. 539. *Et tamen insanas cedendo interligat undas*, h. e. alga tamen cedendo rapidas cohibet undas earumque furori resistit. *Idem.*

v. 540. *Nec sinit ex alto grande volumen agi*, i. e. nec sinit ex profundiori maris parte prorumpere magnum fluctum, volumen grande hic enim nihil aliud significare potest, quam magnum profluentis aquae impetum, qui a rapidis efficitur ventis ab iisque in maris superficie quam citatissime volvitur. *Idem.*

v. 541. *Tempora navigii clarus reparaverat Eurus*, i. e. ventus ab ortu spirans coelumque tranquillum et serenum promovens navigandi tempora instauraverat. Naturam ventorum festive describit Ovidius Lib. I. Trist. Eleg. 2. v. 23. seqq.

Quocunque adspicias, nihil est nisi pontus et aër;
Fluctibus hinc timidis, nubibus ille minax.
Inter utrumque fremunt immani turbine venti.
Nescit cui domino pareat unda maris.
Nam modo purpureo vires capit Eurus ab ortu:
Nunc Zephyrus sero vespere missus adest:
Nunc gelidus sicca Boreas bacchatur ab Arcto:
Nunc Notus adversa praelia fronte gerit.

Idem.

Sed mihi Protadium viſere cura fuit;
Quem, qui forte velit certis cognoſcere ſignis,
Virtutis ſpecimen, corde vidente petat:
Nec magis efficiet ſimilem pictura colorem,
Quam quae de meritis mixta figura venit.
Adſpicienda procul certo prudentia vultu,
Formaque juſtitiae ſuſcipienda micat.
Sit fortaſſe minus, ſi laudet Gallia civem;
Teſtis Roma ſui praeſulis eſſe poteſt.
Subſtituit patriis mediocres Umbria ſedes:
Virtus fortunam fecit utramque parem.
Mens invicta viri pro magnis parva tuetur,
Pro parvis animo magna fuere ſuo.
Exiguus rerum rectores ceſpes habebat,

Et

544. *ſpeciem* al. *corde videre putet* mal. Heinſ. ut II. 18. *corde vidente notet* coni. Burm. Forſan *corde videre petat* coni. Kapp. 546. *demeritis* mendoſe Sitzm. et Barth. *miſſa* coni. Heinſ. 549. *Quin* mal. Heinſ. 552. *utraque* al. 554. *foretque ſuo* mal. Heinſ. ut vſ. 592. *duplici ſedulitate fovent.* 555. *regum* al.

v. 542. *Protadium.* Quum Rutilius Symmachusque uno eodemque fere tempore florerent, non dubito, quin Protadius, cujus ille meminit, idem fuerit, ad quem Symmachus plures epiſtolas, quae apud eum Lib. IV. occurrunt, ſcripſit. Ut ex verſu 550. liquet, Protadius praeſul erat:

Sit fortaſſe minus, ſi laudet Gallia civem,
Teſtis Roma ſui praeſulis eſſe poteſt.

Gruber.

v. 555. *Exiguus rerum rectores.* Olim male *regum rectores.* Videturque vulgatum illud imitatus,

Romanos rerum dominos,

Rutgers. Variar. Lect. III. 7. *Ab Almeloveen.*

Et Cincinnatos jugera pauca dabant.
Haec etiam nobis non inferiora ferantur
Vomere Serrani, Fabriciique foco.
Puppibus ergo meis fida in statione locatis,
Ipse vehor Pisas, qua solet ire pedes.
Praebet equos, offert etiam carpenta Tribunus,
Ex commilitio carus et ipse mihi,
Officiis regerem quum Regia tecta magister,
Armigerasque Pii Principis excubias.
Alpheae veterem contemplor originis urbem,
Quam cingunt geminis Arnus et Ausur aquis;

Conum

557. *feruntur* cett. 565. pro *contemplor* habet Reusner. in descript. Ital. p. 151. *quis nescit.* 566. *cingit* Reus. ibid. *Aesar* Castal. *Auser* Reusn. ib. et Burm. *Ausar* vel *Auser* coni. Cluver. Ital. Ant. Lib. II. p. 461. *Ausur* Onuphr. habere dicit Simler.

v. 556. *Et Cincinnatos jugera pauca dabant.* Hunc locum corruptum esse arbitror et forte sic interpunctio erit facienda:

Exiguus rerum rectores cespes habebat
Et Cincinnatos, jugera pauca dabant.

alias enim accusandi casus Cincinnatos locum habere non potest. Rutilius ad haec alludere videtur, quae Valerius Maximus Lib. IV. num. 7. de Cincinnato tradit: *Aeque magna latifundia L. Quinctii Cincinnati fuerunt; septem enim jugera agri possedit: ex hisce tria, quae pro amico ad aerarium obsignaverat, multae nomine amisit. Poenam quoque pro filio Caesone, quod ad caussam dicendam non occurrisset, hujus agelli reditu solvit. Et tamen ei quatuor jugera oranti, non solum dignitas patris familiae constitit, sed etiam dictatura delata est. Anguste se habitare nunc putat, cujus domus tantum patet, quantum Cincinnati rura patuerunt.* Gruber.

Conum pyramidis coëuntia flumina ducunt:
Intratur modico frons patefacta ſolo.
Sed proprium retinet communi in gurgite nomen,
Et pontum ſolus ſcilicet Arnus adit.
Ante diu, quam Trojugenas fortuna Penates
Laurentinorum regibus inſereret,
Elide deductas ſuſcepit Etruria Piſas;
Nominis indicio teſtificata genus.
Hic oblata mihi ſancti genitoris imago,
Piſani proprio quam poſuere foro.
Laudibus amiſſi cogor lacrumare parentis:
Fluxerunt madidis gaudia moeſta genis.
Namque pater quondam Tyrrhenis praefuit arvis,
Faſcibus et ſenis credita jura dedit.
Narrabat, memini, multos emenſus honores,
Tuſco-

572. *ſedibus* coni. auct. obſ. miſc. 575-578. Quatuor hi verſus abſunt ab ed. Bononienſi. 578. *grandia* mendoſe Chytr. et Reuſn. 2. 579. *Tyrrenis* Onuphr. 4.

v. 571. *Trojugenas penates* i. e. Trojanos deos domeſticos vel tutelares. *Gruber.*

v. 573. *Piſae* urbs Etruriae hodie Piſa, cujus meminerunt Pomp. Mela Lib. II. cap. 4. et Solinus Cap. 2. *Idem.*

v. 576. *Hic oblata mihi ſancti genitoris imago* i. e. hic obvia mihi venerandi patris imago ſeu ſtatua, quae patris effigiem exhibebat. Genitor pro patre poeticum. Cf. Valla Lib. III. Elegant. cap. 70. *Idem.*

v. 579. *Tyrrhenis praefuit arvis*, i. e. Tuſciae Italiae regioni praefuit, a Tyrrheno Atys filio, ut teſtatur Solinus Cap. 2. *Tyrrhenos a Tyrrheno Lydiae rege.*

Tuſcorum regimen plus placuiſſe ſibi.
Nam neque opum curam, quam vis ſit magna, ſacrarum,
Nec jus Quaeſturae, grata fuiſſe magis.
Ipſam, ſi fas eſt, poſtponere Praefecturam,
Pronior in Tuſcos non dubitabat amor.
Nec fallebatur, tam carus et ipſe probatis:
Aeternas grates mutua cura canit;
Conſtantemque ſibi pariter mitemque fuiſſe,
Inſinuant natis qui meminere ſenes.
Ipſum me gradibus non degeneraſſe parentis
Gaudent, et duplici ſedulitate fovent.
Haec eadem, cum Flaminiae regionibus irem,
Splendoris patrii ſaepe reperta fides:
Famam Lachanii veneratur, numinis inſtar,
Inter Tyrrigenas Lydia tota ſuos.
Grata bonis priſcos retinet provincia mores,
Dignaque, rectores ſemper habere bonos,
Qualis nunc Decius, Lucilli nobile pignus,

Per

587. *Nec fallebatur: nam carus et ipſe probatis* coni. Burm. *et ipſe: probatis* Chytr. et Reuſn. 2. forſan *probatus* coni. Kapp. 588. *Aeternas laudes* vol. Heinſ. 590. *gnatis* Onuphr. 2. 591. *paternis* coni. Heinſ. *parentem* coni. Burm. 593. *Flamminiae* al. 595. *Laecanii* coni. Burm. *nominis* edd. vett. 596. *Turrigenas* al. *terrigenas* al. *rurigenas* mal. Heinſ.

v. 599. *Lucilli.* Alludit ad Lucilium Satiricorum primum, cujus fragmenta tantummodo exſtant.

Per Coryti populos aura beata regit.
Nec mirum, magni ſi redditus indole nati
Felix tam ſimili poſteritate pater.
Hujus vulnificis Satira ludente Camoenis,
Nec Turnus potior, nec Iuvenalis, erit.
Reſtituit veterem cenſoria lima pudorem:
Dumque malos carpit, praecipit eſſe bonos.
Non olim. Sacri juſtiſſimus arbiter auri;
Circum-

600. *Corythi* al. 601. *redditur* mal. Heinſ. 603. *Camenis* al. 605. *Inſtituit* al. conf. ſupra 215. 607. *Non olim ſacri* pleraeque edd. *Namque olim* Reuſn. 2. et Caſtal. *Nam olim* contra metrum coni. Simler. *Nunc olim* coni. Heinſ. et ſic habet Damm. *Nonne* vel *non* pro *nonne* coni. Burm. Kappius poſt *olim* diſtinguendum eſſe putavit et explicandum: olim non ita erat. Et hanc diſtinctionem retinere non dubitavimus.

v. 604. *Turnus* erat Poëta Satiricus, ut Iuvenalis, ſed Satirae eius non amplius ſuperſunt. De eo mentionem facit Martial. Lib. VII. Epigr. 96.

Noſti ſi bene Caeſium libelle,
Montanae decus Umbriae Sabinum,
Auli municipem mei Pudentis:
Illi tu dabis haec vel occupato,
Inſtent mille licet, premantque curae.
Noſtris carminibus tamen vacabit.
Nam me diligit ille, proximumque
TURNI *nobilibus leget libellis.*
O quantum mihi nominis paratur!
O quae gloria, quam frequens amator!
Te convivia, te forum ſonabit,
Aedes, compita, porticus, tabernae.
Uni mitteris, omnibus legēris.

Et Idem Lib. XI. Epigr. 11.

Contulit ad ſatiras ingentia pectora TURNUS.
Cur non ad Memoris carmina? frater erat.

Gruber.

v. 607. *Non olim.* Lege *namque olim*, male enim vulgati codices.

Circumſiſtentes reppulit Harpyas;
Harpyias, quarum decerpitur unguibus orbis,
Quae pede glutineo, quod tetigere, trahunt;
Quae luſcum faciunt Argum, quae Lyncea caecum:

Inter

608. *repulit* al. Poſt *Harpyias* ſignum interrogandi ponendum eſſe putat Fulv. Urſin. et ſic habet Burm.
609. *quorum* Damm.

dices. Voſſius de Arte Gramm. II. 2. *Ab Almeloveen.*

Non olim ſacri iuſtiſſimus arbiter auri. Procul dubio alludit Rutilius hic ad Iaſonem, qui ad aurum vellus rapiendum Colchos navigavit, eumque ſacri juſtiſſimum auri arbitrum appellat. *Gruber.*

v. 608. *Harpyas* fuerunt Zetes et Calais Boreae filii, qui alati in Plotas fugarunt inſulas, ut Phineus Argonautas benigne exciperet. Hinc et Phineae aves nuncupantur, ut ex Senecae Thyeſte Act. I. v. 154. liquet:

Phineis avibus praeda fugacior.

Harpyas eiusmodi depingit Virgilius Lib. III. Aeneid. v. 209. ſeqq.

Servatum ex undis Strophadum me littora primum
Accipiunt, Strophades Grajo ſtant nomine dictae
Inſulae in Ionio magno: quas dira Celaeno,
Harpyiaeque colunt aliae: Phineia poſtquam
Clauſa domus, menſasque metu liquere priores.
Triſtius haud illis monſtrum, nec ſaevior ulla
Peſtis et ira Deum Stygiis ſeſe extulit undis.
Virginei volucrum vultus, foediſſima ventris
Proluvies, uncaeque manus, et pallida ſemper
Ora fame.

Idem.

v. 611. *Quae luſcum faciunt Argum, quae Lyncea caecum.* Eſt res notiſſima, Argum centum oculos habuiſſe et Lynceum ex Argonautis unum oculorum acie acutiſſima fuiſſe praeditum, innuit igitur noſter, Harpyarum rapacitatem et Lyncei oculos effugere non poſſe. Vide de Argo Ovidium Lib. I. Metam. Fab. XIII. v. 625.

Centum luminibus cinctum caput Argus habebat.

Plautum in Aulul. Act. III. Sc. 6. v. 19. ſeq.

Quos

Inter cuſtodes publica furta volant.
Sed non Lucillum Briareia praeda feſellit,
Totque ſimul manibus reſtitit una manus.
Iamque Triturritam Piſaea ex urbe reverſus,
Aptabam nitido pendula vela Noto:
Cum ſubitis tectus nimbis inſorduit aether:
Sparſerunt radios nubila rupta vagos.

Subſti-

613. *turba* pro *praeda* coni. Burm. 615. *Trituritam* Onuphr. 2. et 4. 617. *nimbis intectus inhorruit* mal. Burm. *contractus nimbus inhorruit auſtris* coni. Cruſ. p. 64. ſeq.

Quos ſi Argus ſervet, qui oculeus totus fuit,
Quem quondam Ioni Iuno cuſtodem addidit.

Propertium Lib. I. Eleg. 3. ſeq.

Sed ſic intentis haerebam fixus ocellis
Argus ut ignotis cornibus Inachidos.

et de Lynceo Horatium Lib. I. Epiſt. 1. v. 28. ſeq.

Non poſſis oculo quantum contendere Lynceus,
Non tamen idcirco contemnas lippus inungi.

Idem.

v. 613. *Briarea praeda* h. e. praeda Briarei Aegeonis Gigantis, quem deſcribit Virgilius Lib. X. Aeneid. v. 565. ſeqq.

Aegaeon qualis, centum cui brachia dicunt,
Centenasque manus, quinquaginta oribus ignem
Pectoribusque arſiſſe etc.

Idem.

v. 616. *Aptabam nitido pendula vela noto*, h. e. accommodabam turbido Auſtro, vento meridionali procellas concitanti, pendentia vela, i. e. ſubſtringebam vel contrahebam vela ob ventum adverſum vel procelloſum. Hinc Horat. Lib. II. Carm. 10. v. 23. ſeq.

Contrahes vento nimium ſecundo
Turgida vela.

Idem.

v. 617. *Cum ſubitis tectus nimbis inſorduit aether* i. e. cum coelum tenebris tetris caligineque nubium nimboſarum obductum eſt. *Idem.*

v. 618. *Sparſerunt radios nubila rupta vagos*, h. e. pluvia prae-

Subſtitimus. Quis enim, ſub tempeſtate maligna,
Inſanituris audeat ire fretis?
Otia vicinis terimus navalia ſilvis,
Sectandisque juvat membra movere feris.
Inſtrumenta parat venandi villicus hoſpes,
Atque olidum doctas noſſe cubile canes.
Funditur inſidiis et rara fraude plagarum,

G 2 Terribi-

621. *Otia vicinis terimus nemoralia ſilvis.*
Sectandisque iuvant arma movenda feris

leg. Cruſ. p. 62. *Spectandisque* Goetz. 625. *cluditur* vel *clauditur* Heyne ad Tibull. p. 24.

praeceps eſt exorta, et ut Aeneas apud Virgilium II. Aeneid. v. 112. *toto*, inquit, *ſonuerunt aethere nimbi.* Idem.

v. 619. *Quis enim ſub tempeſtate maligna inſanituris audeat ire fretis* i. e. quis ſe credat mari procella veloci agitato vel concito ventis, ut Horat. Lib. III. Carm. 27. v. 61. ſeqq.

Sive te rupes et acuta letho
Saxa delectant, age, te procellae
Crede veloci, niſi herile mavis
Carpere penſum etc.

Et Juvencus Lib. II. v. 39. ſeqq.

Illi inter ſeſe timidis miracula miſcent
Colloquiis, quae tanta illi permiſſa poteſtas,
Quodve ſit imperium, cui ſic freta concita ventis
Erectaeque minis ſubmittant colla procellae.

Idem.

v. 621. *Otia vicinis terimus navalia ſilvis,* h. e. tempus, quo navigium ceſſat, conſumimus venando in ſilvis vicinis. *Idem.*

v. 624. *Atque olidum doctas noſſe cubile canes.* Eſt feſtiva deſcriptio canum veſtigatorum (*Spürhunde*). Addimus Epigr. 200. Lib. XIV. Martialis in canem vertagum.

Non ſibi, ſed domino, venatur vertagus acer,
Illaeſum leporem qui tibi dente feret.

Idem.

Terribilisque cadit fulmine dentis aper,
Quem Meleagrëi vereantur adire lacerti,
Qui laxat nodos Amphitryoniadae.
Tum responsuros persultat buccina colles,

Fitque

627. *Meleagraei* al. *Meleagrici* Onuphr. 2. et 4. 628. *laxat* al. *lasset* coni. Heins. sed deinde correxit *in laxet*, ut iam habet ed. Bonon. 629. *montes* Damm.

v. 627. *Quem Meleagraei vereantur adire lacerti.* Alludit ad aprum Calydonium, quem Meleager, Oenei, Aeoliae regis, filius, interfecit. De Apro Calydonio Ovidius Lib. VIII. Fab. IV. v. 260. seqq. Hygin. Fab. 172. Antonin. Liber. Fab. 2. Apollodor. Lib. I. et Martial. Lib. VII. Epigr. 26.

Tuscae glandis aper populator, et ilice multa
Jam piger, Aetolae fama secunda ferae.
Quem meus intravit splendenti cuspide culter,
Praeda jaces nostra invidiosa focis.

Et Idem Lib. XIII. Epigr. 93.

Qui Diomedeis metuendus setiger arvis
Aetola cecidit cuspide, talis erat.

Gruber.

v. 628. *Qui laxat nodos Amphitryoniadae.* Amphitryoniades est Hercules, Amphitryonis atque Alcmenae filius, inter cujus labores vel aerumnas monstri Erymanthaei seu apri Erymanthii interfectio a poëtis numerari solet. Herculanus nodus pro indissolubili est aestimatus, quos aper Erymanthius solvit. Hujus Herculis laboris meminit Seneca in Hercule furente Act. II. v. 228. seq.

Solitumque densis hispidum Erymanthi jugis
Arcadia quatere nemora Maenalium suem?

Martial. Lib. IX. Epigr. 102. v. 3. seqq.

Si cupis Alcidae cognoscere facta prioris etc.

Et apri Erymanthii Martial. Lib. XI. Epigr. 70. v. 9. seq. in Epitaphio Canis Lydiae:

Fulmineo spumantis apri sum dente peremta,
Quantus erat Calydon, aut Erymanthe tuus.

Idem.

v. 629. *Tum responsuros persultat buccina colles* h. e. tum buccinae sono in collibus assonat Echo, redde: *Alsdenn durchtönet das Jägerhorn die wiederhallenden Hügel.* Idem.

Fitque reportando carmine praeda levis.
Interea madidis non desinit Africus alis
Continuos picea nube negare dies.
Iam matutinis Hyades occasibus udae:

Iam

630. *reportanda* al. *reportanti* al. *reportatum* mal. Heins.

v. 631. *Africus* est ventorum species Südwestwind dicta, quae procellas concitare solet. Hinc Horatius Lib. I. Carm. 1. v. 15. seq.

Luctantem Icariis fluctibus Africum
Mercator metuens, otium et oppidi
Laudat rura sui: mox reficit rates
Quassas, indocilis pauperiem pati.

Virgilius Lib. I. Aeneid. v. 88. seqq.

Incubuere mari, totum a sedibus imis
Una Eurus, Notusque ruunt, creberque procellis
Africus; et vastos volvunt ad littora fluctus.

et Horat. Lib. I. Carm. 3. v. 9. seqq.

Illi robur et aes triplex
Circa pectus erat, qui fragilem truci
Commisit pelago ratem
Primus, nec timuit praecipitem Africum
Decertantem Aquilonibus etc.

Idem.

v. 633. *Iam matutinis Hyades occasibus udae.* Hyades stellae sunt septem in Tauri capite, quae et Hoeni et Succulae vocari solent. Nomen ab ὕειν mutuatae sunt, quod pluvias conciteni. Cf. Ovidius Lib. V. Fastor. v. 165. seq. eas describit:

Ora micant Tauri septem radientia flammis,
Navita quas Hyadas Grajus ab imbre vocat.

Seneca in Medea Act. II. v. 301. seqq.

Audax nimium, qui freta primus
Rate tam fragili perfida rupit;
Terrasque suas post terga videns,
Animam levibus credidit auris;
Dubioque secans aequora cursu,
Potuit tenui fidere ligno,
Inter vitae mortisque vias
Nimium gracili limite ducto.
Nondum quisquam sidera norat;
Stellisque, quibus pingitur aether,
Non erat usus: non dum pluvias
Hyadas poterant vitare rates:
Non Oleniae sidera caprae?

Non

Iam latet hiberno conditus imbre Lepus,
Exiguum radiis, ſed magnum fluctibus aſtrum, 635
Quo madidam nullus navita linquit humum.
Namque procelloſo ſubjungitur Orioni,

Aeſtife-

635. *magnis* pleraeque al.

Non quae ſequitur flectitque ſenex
Arctica tardus plauſtra Bootes:
Nondum Boreas, nondum Zephyrus
Nomen habebat.

Horat. Lib. I. Carm. 3. v. 12. ſeqq.

— nec timuit praecipitem Africum
Decertantem Aquilonibus,
Nec triſtes Hyadas, nec rabiem Noti,
Quo non arbiter Adriae
Major tollere ſeu ponere vult freta.

Et Virgilius Lib. I. Aeneid. v. 746. ſeqq.

Hic canit errantem Lunam, Solisque labores:
Unde hominum genus, et pecudes; unde imber, et ignes;
Arcturum, pluviasqueHyadas, geminosque Triones etc.

Idem.

v. 637. *Namque procelloſo ſubjungitur Orioni.* Orion ſidus eſt, quod non oriens modo, verum etiam occidens tempeſtates, ventos nimbosque concitat. Apud

637. *Oarioni* pleraeque al.

Poëtas ſaepiſſime occurrit ejusque natura ita ab iis depingi ſolet. Virgilius Lib. I. Aeneid. v. 539. ſeqq.

Cum ſubito aſſurgens fluctu nimboſus Orion
In vada caeca tulit, penitusque procacibus Auſtris,
Perque undas, ſuperante ſalo, perque invia ſaxa
Diſpulit: huc pauci veſtris adnavimus oris.

Idem Lib. III. Aeneid. v. 513. ſeqq.

Haud ſegnis ſtrato ſurgit Palinurus, et omnes
Explorat ventos, atque auribus aera captat:
Sidera cuncta notat tacito labentia coelo,
Arcturum, pluviasque Hyadas, geminosque Triones,
Armatumque auro circumſpicit Oriona.

Idem Lib. IV. Aeneid. v. 52. ſeqq.

Dum pelago deſaevit hyems, et aquoſus Orion,
Quaſſataeque rates, et non tractabile coelum.

et Propertius Lib. II. ad Cynthiam v. 51. ſeq.

Non

Aeſtiferumque Canem roſcida praeda fugit.
Vidimus, excitis pontum flaveſcere arenis,
Atque eructato vortice rura tegi:

Qualiter

639. *pontem* mendoſe Chytr. et Reuſn. 2. 640. *vertice* Onuphr. 2. cf. ſupra 314. *iura* mendoſe Goetz.

Non haec Pleiades faciunt, neque aquoſus Orion,
Nec ſic de nihilo fulminis ira cadit.

Adde Horat. Lib. I. Carm. 28. v. 21. ſeqq. Lib. III. Carm. 27. v. 17. ſeqq. et Epod. 15. v. 7. ſeqq. *Idem.*

v. 638. *Aeſtiferumque canem roſcida praeda fugit*, i. e. rore madida praeda fugit, ob nimium calorem quem Sirius ſeu ſtella canicularis menſe Iulio et Auguſto efficit, *ubi*, ut Virgilius canit, *rores gelidos aurora raro remittit.* Cf. Seneca in Oedipo Act. I. v. 37. ſeqq.

Non aura gelido lenis afflatu fovet
Anhela flammis corda: non Zephyri leves
Spirant: ſed ignes aeſtiferi Canis
Titan, Leonis terga Nemeaei premens.

Tibullus Lib. I. Eleg. 1. v. 25. ſeqq.

Jam modo non poſſum contentus vivere parvo,
Nec ſemper longae deditus eſſe viae.
Sed canis aeſtivos ortus vitare ſub umbra
Arboris, ad rivos praetereuntis aquae.

Idem Lib. I. Eleg. IV. v. 41. ſeq.

Neu comes ire neges, quamvis via longa paretur,
Et Canis arenti torreat arva ſiti.

Idem Lib. III. Eleg. V. v. 5. ſeq.

Nos tenet, Etruſcis manat quae fontibus unda,
Unda ſub aeſtivum non adeunda Canem.

Et Horatius Lib. III. Carm. 13. v. 9. ſeqq.

Te flagrantis atrox hora Caniculae
Neſcit tangere: tu frigus amabile
Feſſis vomere tauris
Praebes, et pecori vago.

Idem.

v. 639. *Vidimus excitis pontum flaveſcere arenis* h. e. vidimus mare flavum referre colorem tempeſtate maligna, quae arenas in profundo exciere ſolet. *Idem.*

v. 640. *Atque eructato vortice rura tegi* h. e. et agri inundari undis, quas vortex evomuit ſeu eructando ejecit. Virgilius Lib. III. v. 575. ſeqq. de Aetna:

Inter

Qualiter Oceanus mediis infunditur agris,
Destituenda vago cum premit arva salo;
Sive alio refluus; nostro colliditur orbe,
Sive corusca suis sidera pascit aquis.

Interdum scopulos, avulsaque viscera montis
Erigit eructans, liquefactaque saxa sub auras
Cum gemitu glomerat, fundoque exaestuat imo.

et Varro R. R. I. 4. *Si propter terram, aut aquam, odoremve, quem aliquo loco eructat, pestilentior fit fundus.* Gruber.

v. 642. *vago salo* h. e. exspatiato atque oberrante mari rura inculta superfundit. *Idem.*

v. 644. *corusca sidera* h. e. stellas micantes undis suis recreat et reficit. *Idem.*

FINIS LIBRI PRIMI.

CLAUDII

CLAUDII RUTILII NUMATIANI

ITINERARIUM,

*LIBER SECUNDUS**)

AD VENERIUM RUFIUM.

Nondum longus erat, nec multa volumina passus;
Iure suo poterat longior esse liber:
Partimur trepidum per opuscula bina ruborem,
Quam

Var. Lect.

*) Cf. Lib. I. Rutilii Claudii Numatiani iter Romanum, Fragmentum *Reusn.* Rutilii Claudii Numatiani Itinerarium. Liber Secundus ad Venerium Rufium *Goetz.* In nonnullis edd. Lib. II. nulla inscriptione gaudet, ut in Barthiana et Almeloveeniana.

3. Versum tert. et quart. in cett. edd. post: *Qui notat inscriptus millia crebra lapis* legitur. 3. *rumorem* Onuphr. 2 et 4. *tumorem* Pith. in notis coniecit vero *timorem.* Posset et leg. *pudorem, Pudor* et *rubor* confunduntur et ap. Stat. Theb. II. 231.

Quam ſatius fuerat ſuſtinuiſſe ſemel.
Taedia continuo timuit ceſſura labori,
Sumere ne lector iuge paveret opus.
Saepe cibis adfert ſerus faſtidia finis:
Gratior eſt, modicis hauſtibus unda, ſiti.
Intervalla viae feſſis praeſtare videtur,
Qui notat inſcriptus millia crebra, lapis.
Tandem nimboſa maris obſidione ſolutis
Piſano e portu contigit alta ſequi.

Arridet

4. *Quam* Goetz. 10. *milia* mendoſe Barth. *inſcriptus lapis,* conf. Heyne ad Tibull. p. 183. 12. *Piſcano* ex errore typogr. Barth. Pleraeque omittunt τὸ *e,* quod ſaepius in MSS. omittitur cf. Curt. X. 5, 15. Val. Max. I. 5, 1.

v. 6. *juge opus* i. e. perpetuum, continuum, quod lectorem fatigat, cupiditatemque legendi diminuit. Plautus. *Theſaurus jugis mihi in domo eſt.* Horatius. *Putei perennes jugis aquae.* Et Cicero. *Aqua hauſta de jugi puteo.* Gruber.

v. 7. *Saepe cibis affert ſerus faſtidia finis.* Hinc Cicero Lib. III. de Oratore: *Omnibus in rebus, voluptatibus maximis, faſtidium finitimum eſt.* Et Publius Syrus v. 529.

Parvo fames conſtat, magno faſtidium.

Gruber.

v. 9. *Intervalla viae feſſis praeſtare videtur etc.* h. e. lapis, qui deſignat viam et ſpatium mille paſſuum, laſſis et requietem quaerentibus viatoribus ſolatio eſt. Martial. Lib. IX. Epigr. 67. ſeqq.

Herculis in magni vultus deſcendere Caeſar
Dignatus Latiae dat nova templa viae:
Qua Triviae nemoroſa petit dum regna viator,
Octavum domina marmor ab urbe legit.

Ex quo liquet, Romanos milliaria lapidibus vel marmoribus ſignaſſe. *Gruber.*

v. 12. *Piſano portu contigit alta ſequi.* Scribendum, ut ratio ſcribendi flagitat: *Piſano e portu contigit alta ſequi.* Leve hoc

eſt,

Arridet placidum radiis criſpantibus aequor,
  Et ſulcata levi murmurat unda ſono.
Incipiunt Apennini devexa videri,
  Qua fremit aërio monte repulſa Thetis.
Italiam, rerum dominam, qui cingere viſu,
  Et totam pariter cernere mente velit;
Inveniet quernae ſimilem procedere frondi,

Artatam

15. *Appenini* Chytr. et Reuſn. 2. 17. *ſtringere* vel *iungere* coni. Heinſ. ad Claudian. Bell. Gildon. 356. et in Adverſar. Lib. I. cap. 5. p. 55. 19. *querno* Reuſner. in deſcript. Ital. p. 13.

eſt, ſed vitioſe tamen ſic ſcribitur in omnibus editionibus; nec monuerunt interpretes. *Graevius.*

v. 14. *Et ſulcata levi murmurat unda ſono.* Aequor ſulcare idem quod navigare. Sulcare et arare a poëtis non de agris modo, ſed etiam de mari uſurpatur. Hinc Ovidius Lib. I. Eleg. 2. v. 76.

Latum mutandis mercibus aequor aro.

et Virgil. Lib. V. Aeneid. v. 157. ſeq.

— — nunc una ambae, junctisque feruntur
Frontibus, et longae ſulcant vada ſalſa carinae.

Iuvencus Lib. III. v. 97. ſeqq.

Iamque ſoporata torpebant omnia nocte,
Quum puppis medio ſulcabat in aequore fluctus,
Iactata adverſo ſurgentis flamine venti.

Idem Lib. III. v. 127. ſeq.

Tranſierat tandem ſulcans freta fervida puppis,
Optatumque gravis comprenderat anchora portum.

et Idem Lib. II. Aeneid. v. 209.

Fit ſonitus ſpumante ſalo.

Idcirco Rutilii locus ita interpretandus: *Et navigata unda murmura edit non acuto ſono.* Gruber.

v. 16. *Thetis,* Dea maris pro mari vel maris fluctibus, fluctus enim a ſaxo frangi et repelli ſolent, et hinc fremitus edunt. Hinc noſter Lib. I. v. 466.

Qua fluctus domitos arduus urguet apex.

Idem.

v. 19. *Inveniet quernae ſimilem.* Rationem, ob quam Rutilius Italiam aſſimulaverit quernae frondi, reddere mihi viſus eſt, *Laurentius*

Artatam laterum conveniente ſinu.
Millia per longum decies centena teruntur
A Ligurum terris ad freta Sicaniae;
In latum variis damnoſa anfractibus intrat
Tyrrheni rabies, Adriacique ſali:

Qua

23. *clamoſa* coni. Heinſ. 24. *Tyrreni* Onuphr. 2. et 4. *Hadriacique* Onuphr. 2. et 4. *Adriaticique* Sitzm. Barth. *ſalis* Onuphr. et al.

rentius Pignorius Symb. Epiſtolar. Epiſt. 11. *Et profecto,* inquit, *obſervatum mihi eſt, veteres conſueſſe res minus notas notioribus aſſimulare eo conſilio, ut per eas res, quas natura, vel ars frequenter pariunt, infrequentes res innoteſcerent. Exemplo ſunt Europa et Lybia, quas* Avienus *nuci pineae comparavit:*

Aequus utrimque modus protenditur ut ſimul ambas,
Si conferre ſibi quisquam velit, una parumper
Ut credatur humus, mediique interflua ponti
Subtrahat exemplo quali nux Pinea forma eſt.
Singula verſanti talis ſuccedat imago
Europae et Lybiae.

Item Peloponneſus Platani folio, apud eundem Avienum:

Inſula ſe rurſum Pelopis viſentibus offert,
Inſula, quae Platani folio compar ſedet ...

Pontus Euxinus Arcui Scythico apud Pomponium Melam Lib. I. cap. 19.

— — — Latera agris undique in Indis
Quatuor eſſe tene: cocant tot et anguli ab omni
Parte ſibi obliquo claudentes extima terrae
Ceu ſpecies Rhombo eſt.

Montem Calpen urnae ſimilem facit antiquus Grammaticus ad Satir. XIV. Iuvenalis. *Ab Almeloveen.*

v. 22. *ad freta Sicaniae* i. e. ad maria Siciliae, a Sicanis populis, qui primi eam inſulam incoluerunt et teſte Servio Hiſpani fuerunt, ſic dictae. *Gruber.*

v. 24. *Adriacique ſali* h. e. Adriacique maris, i. e. ſinus Adriatici, ſeu Adriae, qui ob tempeſtatum ſaevitiam furoremque eſt celeber. Horat. Lib. III. Carm. 3. v. 4. ſeqq.

— — — neque Auſter,
Dux inquieti turbidus Adriae.

Lucan. Lib. V.

Sonet

Qua tamen eſt juncti maris anguſtiſſima tellus
Triginta et centum millia ſola patet.
Diverſas medius mons obliquatur in undas,
Qua fert atque refert Phoebus uterque diem:
Urguet Dalmaticos Eoo vertice fluctus,
Caerulaque occiduis frangit Etruſca jugis.
Si factum certa mundum ratione fatemur,
Conſiliumque Dei machina tanta fuit;
Excubiis Latii praetexuit Apenninum,
Clauſtraque montanis vix adeunda viis.
Invidiam timuit natura, parumque putavit
Arctois Alpes oppoſuiſſe minis:

Sicut

53. *Latiis* pleraeque al. *Appeninum* Chytr. *Appenninum* Sitzm. Barth. *Appennium* Onuphr. 4. ex err. typ. pro *viis* Heinſ. coni. *iugis* Burm. *feris*.

Sonet Ionio vagus Adria ponto. Seneca in Thyeſte Act. II. v. 361. ſeq.
Aut ſaevo rabidus freto
Ventoſi tumor Adriae etc.
et Propertius Lib. III.
Ergo ego nunc rudis Adriaci vehar aequoris hoſpes.
Idem.

v. 29. *Urguet Dalmaticos Eoo vertice fluctus* i. e. mons cohibet et repercutit Adriaticos fluctus apice in Orientem verſo. Eodem modo ſe exprimit Rutilius Lib. I. v. 406.
Qua fluctus domitos arduus urguet apex.
Idem.

v. 30. *occiduis jugis* h. e. in Occidentem verſis jugis. *Idem.*

v. 34. *Excubiae* i. e. diurnae nocturnaeque vigiliae, quae in loco edito, qui etiam ſpecula dicitur, fieri ſolent, ad proſpiciendum, an hoſtes veniant, tranſeant an maneant. Idcirco Latii vigiliis diurnis et nocturnis impedimento eſt Apenninus mons, qui univerſam Italiam in Ciliciam usque dividit. *Idem.*

v. 35. *Arctois Alpes oppoſuiſſe minis*, i. e. ſeptentrionalibus Alpes praetexuiſſe minis. *Idem.*

Sicut vallavit multis vitalia membris,
Nec ſemel incluſit, quae pretioſa tulit.
Iam tum multiplici meruit munimine cingi,
Sollicitosque habuit Roma futura Deos.
Quo magis eſt facinus diri Stiliconis acerbum,
Proditor arcani qui fuit imperii.
Romano generi dum nititur eſſe ſuperſtes,
Crudelis ſummis miſcuit ima furor:
Dumque timet, quidquid ſe fecerat ipſe timeri,
Immiſit Latiae barbara tela necis.
Viſceribus nudis armatum condidit hoſtem,
Illatae cladis liberiore dolo.
Ipſe ſatellitibus pellitis Roma patebat,
Et captiva, prius quam caperetur, erat.
Nec tantum Geticis graſſatus proditor armis:
Ante Sibyllinae fata cremavit opis.

Odimus

38. Pro *ſemel* Heinſ. coni. *temere*. 41. *Stilichonis* al. 42. *quod* Barth. et al. 45.

Dumque timet quicquid (ſe fecerat ipſe timeri)
Immiſit Latiae barbara tela neci.

coni. Barth. *quidquid ſubiecerat*, vel *ſuffecerat, ipſe timori*, coni. Heinſ. quidquid *ſibi fecerat ipſe timoris* coni. Burm. 49. *parebat* leg. Cruſ. p. 62.

v. 39. *multiplici munimine cingi*, i. e. vario et copioſo munimento circumdari. *Idem.*

v. 41. *Stiliconis*, Honorii Imperatoris ſoceri atque adminiſtratoris Occidentis. De quo vide Claudianum. *Idem.*

v. 52. *Sibyllinae fata cremavit opis* h. e. Sibyllinos cremavit libros, quos Romani maximis in pertur-

Odimus Althaeam consumti funere torris:
Nisaeum crinem flere putantur aves.

At

54. *crimen* Almel. Goetz et al.

perturbationibus saltem adierunt et consuluerunt, inopesque consilii a Sibylla Cumana, quam novem illius oraculorum libros ad regem Tarquinium Priscum attulisse perhibent, opem exspectarunt. *Idem.*

v. 53. *Althaeam*, conjugem Oenei, regis Calydonii, et matrem Meleagri, quae filium suum interemit stipite fatali condito a Parcis, in quo vita Meleagri continebatur, flamma perusto. Fabulam hanc enarrant Antonin. Liberal. Fab. II. Lactant. pag. 249. et Ovidius Lib. VIII. Metam. v. 511. seqq.

— — — dextraque aversa trementi
Funereum torrem conjecit in ignes.
Aut dedit, aut visus gemitus est ille dedisse
Stipes et invitis correptus ab ignibus arsit.
Inscius atque absens flamma Meleagros ab illa
Uritur: et coecis torreri viscera sentit
Ignibus: at magnos superat virtute dolores.
Quod tamen ignavo cadat, et sine sanguine leto
Moeret: et Ancaei felicia vulnera dicit.
Grandaevumque patrem, fratremque, piasque sorores
Cum gemitu, sociamque tori vocat ore supremo;
Forsitan et matrem, crescunt ignisque dolorque;
Languescuntque iterum. Simul est extinctus uterque,
Inque leves abiit paulatim spiritus auras:
Alta jacet Calydon. Lugent juvenesque senesque;
Vulgusque, proceresque gemunt; scissaeque capillos
Planguntur matres Calydonides Eveninae.
Pulvere canitiem genitor vultusque seniles
Foedat humi fusus; spatiosumque increpat aevum.
Nam de matre manus, diri sibi conscia facti,
Exegit poenas, acto per viscera ferro etc.

Et Seneca in Medea Act. IV. v. 779. seqq.

Piae sororis, impiae matris facem,
Ultricis Altheae vides.
Reliquit istas invio plumas specu
Harpya, dum Zeten fugit.

Idem.

v. 54. *Nisaeum crinem flere putantur aves.* Scyllam, filiam Nisi

At Stilico aeterni fatalia pignora regni,
Et plenas voluit praecipitare colos.

Omnia

55. *Stilicho* al. 56. *colus* Barth. et al. cf. I. 134. Frequentius autem occurrit *colus* in secundo quam quarto ordine. Sic Tibull. Lib. I. Eleg. III. v. 85. seq.

Haec tibi fabellas referat, positaque lucerna
Deducat plena stamina longa colo.

et Iuvenal. Sat. XIV. v. 248. seq.

Nota Mathematicis genesis tua, sed grave tardas
Exspectare colos.

Nisi, Minoi crinem purpureum patris dedisse, Nisumque a Minoe victum esse, est res nota, ad quam Rutilius alludit. Nisus enim in avem halietem conversus est, Scyllaque in piscem Cirim. Cf. Ovidium Lib. VIII. Metam v. 6. seq.

Interea Minos Lelegeia littora vastat:
Praetentatque sui vires Mavortis in urbe
Alcathoe, quam Nisus habet; cui splendidus ostro
Inter honoratos medio de vertice canos
Crinis inhaerebat magni fiducia regni etc.

Virgilium Lib. I. Georg. v. 404. seq.

Adparet liquido sublimis in aëre Nisus,
Et pro purpureo poenas dat Scylla capillo.

Tibullum Lib. I. Eleg. 4. v. 63. seq.

Carmine purpurea est Nisi coma: carmina ni sint,
Ex humero Pelopis non nituisset ebur.

Et Propertium Lib. III.

Tuque o Minoa venundata Scylla figura,
Tondens purpurea regna paterna coma.

Idem.

v. 55. *fatalia pignora aeterni regni* sunt libri Sibyllini, quos Stilico cremavit, ut ex versu 53. liquet. *Idem.*

v. 56 *Et plenas voluit praecipitare colos,* in oratione soluta efferretur, interitum Romani regni acceleraturus fuit, noster autem Metonymiam a Parcis mutuatus est, quas fata non mortalium modo, verum etiam regnorum dirigere poëtae perhibent, et ab iis etiam puellae seu sorores adpellantur lanificae, quia Clotho colum gestat, Lachesis net; atque Atropos filum abrumpit. Hinc Martial. Lib. IX. Epigr. 18. v. 1. seq.

Latonae

Omnia Tartarei cessent tormenta Neronis,
Consumat Stygias tristior umbra faces.
Hic immortalem, mortalem perculit ille;
Hic mundi matrem perculit, ille suam.
Sed diverticulo fuimus fortasse loquaces:

Carmine

61. *deverticulo* al. *de verticulo* Onuphr. 2 et 4.

Latonae venerande nepos, qui mitibus herbis
Parcarum exoras pensa, brevesque colos.

Plenas colos occurrunt apud Ovidium Lib. III. Fastorum.

— — lanam mollire puellae
Discunt, et plenas exonerare colos.

Idem.

v. 58. *tristior umbra*, h. e. Stiliconis, qui ex Rutilii sententia facinora graviora Nerone commisit, et quae ad assertionem suam probandam nostes versibus seqq. inter se comparanda curat.

v. 60. *Hic mundi matrem perculit, ille suam* h. e. Stilico regnum Romanum matrem mundi labefactavit atque evertit, Nero autem matrem suam Agrippinam de medio saltem sustulit. Ad Neronis matricidium alludit Martial. Lib. IV. Epigr. 63.

Dum petit a Baulis mater Caerelia Baias,
Occidit insani crimine mersa freti.
Gloria quanta perit vobis, haec monstra Neroni
Nec quondam jussae praestiteratis aquae.

Suetonius vero in Nerone Claudio cap. 34. huius facti exactius meminit. *Idem.*

v. 61. *Diverticulum* in sensu proprio est semita deflexa de via seu de recta via declinatio, hic vero digressionem sermonis a materia electa in aliam designat. In sensu priori occurrit diverticulum apud Valer. Maximum Lib. IX. cap. 1. num. 3. sub finem: *Sed quid ego de feminis ulterius loquor? quas et imbecillitas mentis, et graviorum operum negata affectatio, omne studium ad curiosiorem sui cultum hortatur conferre; cum temporum superiorum et nominis et animi excellentes viros, in hoc priscae continentiae ignotum diverticulum prolapsos videam.* Et Terentium in Eun. *Ubi ad ipsum veni diverticulum, constiti.* In sensu posteriori autem apud Iuvenalem Sat. XV. v. 72. *A diverticulo repetatur fabula,* i. e. ab eo loco, ubi oratio nostra constitit vel unde oratio nostra recessit, ordiamur fabulam. *Idem.*

Carmine propoſito iam repetamus iter.
Advehimur celeri candentia moenia lapſu:
Nominis eſt auctor ſole coruſca ſoror.
Indigenis ſuperat ridentia lilia ſaxis,
Et laevi radiat picta nitore ſilex.
Dives marmoribus tellus, quae luce coloris
Provocat intactas luxurioſa nives.

Reliqua deſiderantur.

62. *propoſito* Barth. et al. 63. Hunc verſum Reuſnerus in deſcript. Ital. ſic legit:

Pone metalliferae candentia moenia Lunae.

65. *candentia* Reuſn. ibid. 66. *E* Chytr. *levi* Barth. et al.

v. 63. 64. Eſt poetica deſcriptio portus Lunae, qui nomen accepit a ſorore quam ſol illuſtrat ob littoris lunatam ſeu curvatam formam. Hujus portus etiam meminit Perſius Sat. VI. v. 6. ſeqq.

Mihi nunc Ligus ora
Intepet, hibernatque meum
mare, qua latus ingens
Dant ſcopuli, et multa littus
ſe valle receptat.

Lunai portum eſt operae cognoſcere cives.

et Plinius in Hiſt. Nat. Lib. III. cap. 8. *Primum Etruriae oppidum Luna portu nobile.* Gruber.

v. 65 - 68. Deſcribit marmoris candorem, quod liliis et nivi palmam praecipit, et quo Lunai portus abundat. *Idem.*

FINIS LIBRI SECUNDI.

INDEX

INDEX
LOCUPLETISSIMUS
IN
CLAUDII RUTILII NUMATIANI ITINERARIUM.

(Prior numerus librum, posterior versum indicat).

A.

Aeternum

Aras

Attollit

Castrum

D.

Deos

Eoo

Exaudi

jam

Insta-

N.

nulla

nulla meum ſtrinxerunt crimina ferrum, non ſit praefecti gloria, ſed populi, I. 159. 160. nam juveni offenſo ſaevi poſt tela doloris dicitur humanum diſplicuiſſe genus, I. 451. 452. nam neque opum curam, quamvis ſit magna, ſacrarum, nec jus quaeſturae grata fuiſſe magis, I. 583. 584.

Namque loci querulus curam Iudaeus agebat, humanis animal diſſociale cibis, I. 383. 384. namque meus, quem Roma meo ſubjunxit honori, per quem jura meae continuata togae, non exſpectatos penſavit laudibus annos, vitae flore puer, ſed gravitate ſenex, I. 467. 468. 469. 470. namque hoc cenſetur nomine ſalſa palus, qua mare terrenis declive canalibus intrat, multifidosque lacus parvula foſſa rigat, I. 476. 477. 480. namque manu junctis procedit in aequora ſaxis, quique domum poſuit, condidit ante ſolum, I. 529. 530. namque pater quondam Tyrrhenis praefuit arvis, faſcibus et ſenis credita jura dedit, I. 579. 580. namque procelloſo ſubjungitur Orioni, aeſtiferumque canem roſcida praeda fugit, I. 637. 638.

Narrabat, memini, multos emenſus honores, Tuſcorum regimen placuiſſe ſibi, I. 581. 582.

Natus vicino vortice ventus adeſt, I. 314.

Ne vaga vel tutas ventilet aura rates, I. 244.

Nec fas ulterius longas neſcire ruinas, quas mora ſuſpenſae multiplicavit opis, I. 27. 28. nec tibi naſcenti plures animaeque manusque, ſed plus conſilii, judicisque fuit, I. 87. 88. nec minus, et propriis celebrantur roſcida venis, totaque nativo moenia fonte ſonant, I. 103. 104. nec locus ille mihi cognoſcitur indice fumo, qui dominas arces et caput orbis habet, I. 193. 194. nec poſuiſſe ſatis laxo navalia portu, I. 243. nec mora difficilis millibus ire tribus, I. 250. nec dum deceſſis pelago permittimur umbris, natus vicino vortice ventus adeſt, I. 313. 314. nec proferre pedem, nec revocare licet, I. 344. nec tantum duris nituit ſapientia rebus, pectore non alio proſperiora tulit, I. 497. 498. nec cenſu inferior,

V.

Vexatos

EMENDANDA.

Pag. IX. lin. 6. *meritis* lege *meriti*.
— 31. — 16. *Candinas* — *Caudinas*.



